DE INFINITIVI

LINGVARVM SANSCRITAE BACTRICAE

PERSICAE GRAECAE OSCAE VMBRICAE

LATINAE GOTICAE

FORMA ET VSV.

SCRIPSIT

EVGENIVS WILHELMVS,
PHIL. DOCTOR, GYMNASII PRAECEPTOR ORDIN.

ISENACI
SVMPTIBVS I. BACMEISTERI.

TYPIS E. POESCHELII ET SOCII LIPSIAE A. 1873.

VIRO DOCTISSIMO ET CLARISSIMO

GVILELMO WEISSENBORNIO

MVNERE SCHOLASTICO PER XLIV ANNOS

SVMMA ET DILIGENTIA ET STRENVITATE FVNCTO

NVNC IN OTIVM RECEDENTI

HOC PIETATIS AMICITIAEQVE DOCVMENTVM

D. D. D.

Praefatio.

Abhinc quattuor fere annos cum munere meo scholastico commentationem aliquam edendi necessitas mihi esset imposita, de infinitivi vi et natura ita scripsi, ut a Ṛigvedae hymnis profectus varias infinitivorum formas quae in linguis sanscrita, bactrica, graeca, latina, gotica reperiuntur via ac ratione enarrarem et inter se compararem. Quam commentationem ut emendatiorem auctioremque nunc edere possem una cum altera, quae est de infinitivi usu, cum ipse summo opere elaboravi, tum opera Benfeyi, viri doctissimi, factum est, qui cum in ephemeridibus doctis Gotting. a. 1869. p. 1440 de libello meo benevolo animo iudicaret, alia quae falso attuleram emendavit, alia addidit. Huic viro publice gratias agere hoc loco meum esse existimo.

Duobus annis post me A. Ludwigius librum edidit qui inscribitur ‚der Infinitiv im Veda mit einer Systematik des litauischen und slavischen Verbs. Prag 1871.' Quo perlecto intellexi quidem me nonnulla quae ad Ṛigvedam spectant fugisse, sed tamen operam in ea re a me collocatam non fore inutilem etiamnum spero. Hoc utrum recte dixerim necne, viderint ei qui de his rebus iudicare possunt. Quo magis autem admiror Ludwigii et mentis sagacitatem et vedicae linguae scientiam, cuius rei ille liber splendidissimum exhibet testimonium, eo

minus illud mihi probatur, quod in omnes qui aliter atque ipse sentiunt, imprimis in Schleicherum eiusque doctrinam vehementius invehitur. Schleicherus enim, cuius institutione me usum esse, cum Ienae litteris operam darem, semper grato animo recordabor, licet in multis rebus erraverit, tamen de grammatica comparativa quae vocatur tam bene meritus est, ut apud omnes, qui nulla opinione praeiudicata ducti ad haec studia sese contulerint, nomen viri illius clarissimi in honore fore sperari possit. Nec vero solum Schleicherum conviciis exagitat, sed ipsum Boppium, virum in re publica litteraria omnium nationum maxima gloria florentem, cuius memoriam omnes qui hanc disciplinam profitentur pie colere debent, gravius insectatur, cum pag. 133 libri sui qui inscribitur ‚Agglutination oder Adaption. Prag 1873' ita iudicat: Boppium a falsis principiis profectum in disciplina constituenda non circumspecte atque considerate esse versatum artemque non tam argumentis stabilitam, quam usui et suo et legentium accommodatam composuisse. Qui sic iudicare potest, is etiamsi verum se invenisse gloriatur omnem modum excedere dicendus est. Recte quidem sese habet illud, ut errores depellantur luxque litteris afferatur, suum unumquemque oportere in medium proferre, sed id ut fiat ea qua hominem litteris vere eruditum decet ratione, iure postulari potest.

Scripsi Isenaci Cal. Dec. A. MDCCCLXXII.

Index.

De infinitivi vi et natura.

Constat inter omnes, qui in studiis grammaticis versantur, vix de ulla re maiorem virorum doctorum fuisse dissensionem quam de infinitivo. A Stoicis enim, qui cum primi suae ipsorum philosophiae ratione adducti universam grammaticam per se ipsam ac totam tractandam aggressi essent infinitivum solum verbum esse censuerunt, omnes ceteras flexiones verbi *κατηγορήματα* vel *συμβάματα* nuncuparunt [1]), usque ad recentioris temporis grammaticos, qui infinitivi et vim et usum explicare studebant, ab omnibus fere varias de eà re et discrepantes sententias prolatas esse videmus. Ac veterum quidem grammaticorum placita de infinitivo, quae interdum hariolantium esse videntur, historia duce deinceps enarrare et quid rectum falsumve sit examinare ac ponderare hoc loco non meum esse existimo. Quae qui accuratius cognoscere volent, eos reicio ad commentationes scholasticas a. 1826 sqq. editas a M. Schmidtio, gymnasii Ratiboriensis et C. E. A. Schmidtio, gymnasii Premislaviensis praeceptoribus. Novissime egerunt de ea re Baderus, gymnasii Schleusingensis praeceptor, qui in commentatione a. 1860 edita grammaticorum graecorum de infinitivi natura placita examinavit et Schoemannus in libro qui inscribitur Lehre von den Redetheilen nach den Alten, Berlin 1862. Atque hic quidem rationem habet eorum, quae GRIMMI, BOPPI, POTTI, CURTII, aliorum studiis assiduis et ingeniosis inventa sunt, ille ea omnia plane neglexisse videtur, cum in extrema commentatione p. 14 hisce verbis de infinitivo iudicat: ad hunc perveni quaestionis finem, ut neque prorsus ad verbi species adnumerandum infinitivum neque omnino ab eis discerpendum esse statuam, sed vocabulorum quoddam genus efficere medio inter verbum et nomen substantivum loco positum. Hoc utique mirum videbitur, si meminerimus iam ante plus quam quinquaginta annos Boppium in

[1]) Apollonius Dyscolus in libro qui est *περὶ συντάξεως* I, 8, p. 31. Stoicorum sententiam ita refert: *οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς αὐτὸ μὲν (τὸ ἀπαρέμφατον) καλοῦσι ῥῆμα, τὸ δὲ περιπατεῖ καὶ γράφει κατηγόρημα ἢ σύμβαμα καὶ ἔτι τὰς ἀπὸ τούτων ἐγκλίσεις.*

libro qui inscribitur Conjugationssystem des Sanskrit, Lateinischen, Persischen, Griechischen, Germanischen, Frankf. 1816, quo edito linguarum ariacarum ratione ac via comparandarum fundamentum iecit, cum de infinitivo graeco disputaret, p. 71 haec addidisse: tale quidquam ex substantivo et verbo conflatum, quod esse infinitivum fingerent, omnino in nulla lingua reperiri et tale monstrum cum Centauris fabularum comparandum esse. Boppius enim in omnibus linguis quae sanscrito sermoni cognatae sunt graeca, latina, persica, gotica, germanicis infinitivum esse substantivum contenderat idemque inter infinitivum articulo vel instructum vel orbatum linguarum germanicarum et graecae et infinitivum nudum, gerundium, supinum linguae latinae discrimen ad ipsius rei naturae pertinens intercedere negaverat p. 38, 71, 107, 132. Quam Boppi sententiam impugnavit Guilelmus Humboldtius in Schlegeli bibliothecae indicae vol. II., a. 1824. Qui cum omnium acutissime hanc rem investigasse dicendus sit, quid de infinitivo senserit, breviter exponere in animo est. Is igitur in hunc fere modum disputat p. 74, sqq.: se nullo modo adduci posse, ut verum infinitivum cum verbo iunctum nomen esse credat, nec dubitare, quin aliquantum intersit inter hanc utramque sententiam ‚ich habe Lust zu essen' et ‚ich habe Lust zum Essen'.[2]) Itaque tria distinguenda esse genera p. 99 dicit, a) infinitivum per se ipsum spectatum, b) infinitivum substantivi loco positum sive gerundivum, c) substantivum verbale. Atque illum quidem infinitivum, quem verum esse supra dixi, medium locum obtinere inter participium et nomen, non ut utriusque formae naturam in se complectatur, sed ut ab illo proficiscens ad hoc tam prope accedat, ut facillime transire in eius et vim et formam possit. Deinde infinitivus, qui natura sua ex verbo finito modorum, numerorum, personarum significatione destituto oriatur, si alii subiciatur verbo, ipsius notionem ad subiectum verbi regentis transire p. 82, 87. Hanc autem conditionem prout libeat tolli et infinitivum substantivi forma indui posse, quo facto eum plenam quidem nominis vim ac potestatem, quatenus in ipsius naturam cadere possit,

---

[2]) Illud quod statuit Humboldtius discrimen in dubitationem vocavit W. Lindau, qui in libello de particulis ut et quod Halis Sax. 1831 edito de ea re haec bene exposuisse mihi videtur p. 113: mir kommt es vor, als wenn die Beziehung und die Innigkeit der Verbindung der Lust zu essen und der Lust zum Essen gleich gross wäre; und ist auch im zweiten die Selbständigkeit des Objectes der Lust in der Sprache markirter ausgedrückt, so ist im ersten die Vorstellung der Lust nicht weniger auf etwas angewiesen, was für sich und ausser dem Subjecte bestehend gedacht wird. In beiden Fällen drückt zu die Richtung der Lust nach aussen auf ihren Gegenstand aus und für sie kann es keinen Unterschied geben, ob die Vorstellung diesen Gegenstand als ein Handeln, das aber für jeden einzelnen Fall eine Handlung wird, oder als eine Sache darstellt und in der Sprache ausdrückt; beide haben für sie die Geltung eines Substantiellen und sind materiell und einwirkend in Bezug auf die Genugthuung der Lust.

in se recipere, tamen peculiarem vim verbalem retinere, cum obiectum ab eo pendere possit quarto fere casu appositum. Sic infinitivum transire in gerundium p. 88. En habemus alterum genus, quod apud Graecos infinitivo articulo adiecto, apud Latinos gerundio et supino significari Humboldtius dicit p. 89 sqq. Iam vero si infinitivi forma tanquam nomen adhibeatur destitutum illud quidem omni vi verbali, unde aliam obiecti referendi rationem consequi necesse sit, vel si ex aliis verbi partibus substantiva conformentur, ex origine sua ea appellari substantiva verbalia, quae tertio illo genere contineantur.

Quae Humboldtius explicaverat, ea M. Schmidtius in commentatione quam supra commemoravi accuratius examinavit et magnam partem refellere studuit. Qui cum illius sententiam improbasset et cum Boppio infinitivum pro substantivo habendam esse existimasset, Humboldtius ut in campum descenderet et rem in disceptationem vocatam denuo tractaret permotus est. Et hic quidem epistula ad M. Schmidtium missa, quae in Aufrechti et Kuhni annalibus a. 1853. II, p. 242 sqq. publici iuris facta est, quae antea statuerat summo quo erat acumine defendit, qua in re non tam sui ipsius quam Bernhardii patrocinium se suscepisse fatetur, alia addidit p. 246, alia paulo immutavit, veluti p. 245 dixit in infinitivo inesse peculiarem ac plenam vim verbalem, quae ad temporis sive momentum sive spatium spectaret, et p. 247 infinitivum articulo instructum certum aliquid ac definitum significare eoque modo cum propriam exuisset naturam in merum substantivum abire. Cuius sententiam amplexi sunt Fr. Luebkerus et F. G. Dahlecke, quorum alter de usu infinitivi Plautino Slesvici 1841, alter de usu infinitivi Horatiano Vratislaviae 1854 scripsit. Ne J. Grimmius quidem ab ea ratione deflexisse videtur, qui grammat. german. vol. IV, p. 56, 91 de universa infinitivi natura disputavit. Plane aliam atque Humboldtius viam ingressus est A. Hoeferus libello de infinitivo imprimis sanscrito edito Berolini 1840. Etenim cum ille id solum ageret, ut eius quo hodie utimur infinitivi vim et naturam enuclearet atque certis quibusdam finibus circumscriberet, hic ante omnia unde infinitivus originem duxisset quaerere instituit, quo facilius et certius hoc invento quemadmodum eius vis hebetata esset intellegeretur [3]). Et profecto hanc rationem unam omnium veram et fuisse et esse ego quidem existimo. Hoeferus igitur cum in varias infinitivi conformationes inquisivisset, qua in re eum temporum iniquitate neque satis vedicae dialecti neque omnino bactricae linguae [4]) rationem habere potuisse valde dolendum est, ad hanc deductus est sententiam, infinitivum omnium ariacae stirpis linguarum sanscritae, pracritae, graecae, oscae, latinae, goticae etc. nihil aliud esse nisi

---

[3]) Cf. Hoef. l. l. p. 60 adnot.

[4]) Quod Hoeferus linguae bactricae exemplum e Boppi gramm. critic. desumptum attulit et dativos substantivorum suffixo ti formatorum loco infinitivi in bactr. sermone usurpari commemoravit, huic rei non multum tribuendum esse puto.

substantivum verbale vimque eius primigeniam, ubi usus eius latius patere coepisset, ita paulatim auctam atque amplificatam esse, ut hodie meram verbi notionem abstractam quam dicunt significaret[5]). Aliquot annis post Hoeferum eandem rem persecutus est Boppius, qui in grammatica comparativa, praestantissimo illo libro, vol. III, §. 849—886 ex vedica dialecto quam Hoeferus leviter tantum tangere potuerat, plura petivit atque in suam rem convertit et quaestione subtiliter et doctissime instituta comprobavit infinitivum speciem nominis substantivi prae se ferre neque quidquam aliud esse quam substantivum abstractum, quod in singulis linguis vario modo conformatum videremus. Quamquam quae primaria infinitivi forma et natura fuerit, saeculis decurrentibus non iam in singulorum mentibus aut haesisse aut haerere concedendum est. Quo concesso ne illud quidem mirum videbitur infinitivi usum saepe a primigenia eius formae vi atque indole posterioribus temporibus abhorrere coepisse[6]). Qua igitur ratione infinitivus in linguis sanscrita, bactrica, graeca, latina, gotica usurparetur, id mecum ipse constitueram ita perscrutari, ut usus infinitivi quemadmodum aut cum primigenia formae significatione consentiret aut ab ea abhorreret intellegeretur. Atqui cum tota quaestio sit eiusmodi, ut fieri non possit, quin varias infinitivorum formas attingam, primum de infinitivi forma, deinde de eius usu disputaturus sum.

Prius autem quam accedam ad hanc quaestionem, libros quos in hac commentatione conscribenda adhibui enumerare mihi liceat. Atque praeter eos quorum iam mentionem feci hisce usus sum libris: imprimis Boehtlingki et Rothi lexico sanscr., Rothi libro ad hist. et litterat. Vedae inscripto, M. Muelleri Ṛig-Veda-Sanhitae vol. I., Pâṇinis Sûtris a Boehtlingkio edit., Roseni editione Ṛigvedae, Aufrechti edit. hymn. Ṛigv., Benfeyi Sâmaveda et eiusdem gramm. sanscr. mai., Delbruecki, viri doctissimi et humanissimi, qui me etiam litteris adiuvit, commentatione de dativi usu in carmin. Ṛigv., Autenriethi comment. ‚terminus in quem' inscripta, Boppi gramm. compar. edit. III., Schleicheri compendio gr. comp. ed. III., Spiegeli gramm. bactrica, editione Zendavestae et commentario de Zendavesta, et eiusdem viri editione inscript. pers. cuneat., Justii lexico bactrico, Mommseni de dialectis inferioris Italiae libro, Monumentis linguae umbricae ab Aufrechtio et Kirchhoffio editis, Ulfila a M. Heynio edito, A. Koehleri commentationibus de usu dativi et de usu infinitivi in lingua gotica Pfeifferi Germaniae vol. XI, p. 261—305 et vol. XII, p. 421—462 insertis, Kochi grammatica anglica.

---

[5]) Vide sis ea quae Hoeferus libelli sui p. 60—62. exposuit.

[6]) Cf. ea quae Schweizerus in censura Boppi grammaticae comparativae Kuhni annalibus a. 1854 inserta p. 357 sqq. iudicavit.

Cap. I.

De infinitivi forma.

In Ṛigvedae hymnis, antiquissimis illis gentis indicae literarum monumentis, a quibus omnis haec quaestio proficisci debet, varias infinitivi formas reperimus. Ac primum quidem suffixo *tu*, quo ad substantiva abstracta fingenda saepissime lingua sanscrita utitur, accusativi signo *m* adiecto infinitivi formantur, quorum usus ut in Ṛigveda angustissimis continetur finibus, ita in posterioris aetatis lingua, imprimis epica latissime patet. Sic legimus prásh-ṭum (√prach), I, 164, 4[7]) kó vidvâñsam úpa gât práshṭum etát, quis scientem adiit rogatum hoc? dắ-tum V, 79, 10: etắvad véd ushas tvám bhûyo vâ dắtum arhasi, tale vero, Aurora, tu plusve dare potes, cf. V. 36, 1, prá-bhartum III, 48, 1, prá-voḷhum X, 2, 3; jîvắtum I, 91, 6. VI, 47 10. VIII, 47, 4, quod esse verum infinitivum Benfeyus gr. mai. §. 918 asseverat. Hos infinitivos consentire cum Latinorum supinis in *tum* finitis iam dudum intellectum est. Itaque pauca exempla attulisse satis habeo, ut é-tum (i) = itum, ánk-tum = unctum, yók-tum = iunctum, ján-i-tum = genitum. Umbrorum supina in *tum* vel *tom* exeuntia, quorum *m* finale abiectum videmus, ex Aufr. et Kirchh. libro p. 149 petita appono haec: Tab. Eug. Ib, 10: pune puplum *aferum* heries, avef *anzeriatu* etu = Tab. VIb 48: *pone poplo afero heries, avif* aseriato *etu,* h. e. cum populum circumferre voles (vel: volet) aves observatum ito. Ceterum de inf. sansc. accentu hoc addo, in formis simplicibus radicem, in compositis praefixum quod radici proxime antecedit accentu notari (Benf. gr. scr. mai. §. 917) ut ắ-dâ-tum, abhyắ-dâ-tum (abhi + â + dâ) sáṃ-dhâ-tum Hitop. 75, 14. Saepius legenti carmina vedica occurrunt infinitivi exeuntes in tave, qui est dativus suffixi tu, velut kár-tave X, 74, 6: yád îm uçmási kártave karat tát, quod rogamus ut faciat, faciat id, cf. I, 85, 9, II, 22, 1. IX, 86, 20. ní-kartave VIII, 67, 5. áttave (√ad) III, 35, 7. VIII, 43, 29. 66, 8. X, 16, 12. 79, 6. 85, 34. 92, 3. ávitave (√av) VII, 33, 1. áshṭave (√aç) IV, 30, 19. étave (√i) I, 46, 11. I, 112, 8. V, 44, 11. VIII, 58, 17. X, 39, 8. ánv-etave VII, 33, 8. páry-etave VIII, 24, 21. nír-etave I, 37, 9. VIII, 45, 30. ótave (√ve) X, 130, 2. gántave (√gam) I, 46, 7. gắtave (√gâ) III, 3, 1. cáritave (√car) I, 113, 5. jîvắtave (√jîv) I, 94, 4. X, 59, 5. 60, 8, 9, 10. 176, 4.

---

[7]) Locos ex Ṛigvedae carminibus desumptos solis fere numeris significavi.

186, 2. dâtave (√dâ) IV, 20, 10. VII, 59, 6. VIII, 19, 29. 60, 15. IX, 75, 5. dhâtave (√dhâ) I, 164, 49. VIII, 59, 15. X, 115, 1. práti-dhâtave I, 24, 8. páttave (√pad) IV, 18, 1. pâtave (√pâ) I, 28, 6. 108, 2. 116, 22. II, 16, 5. VI, 57, 2. VIII, 58, 10. IX, 1, 1, 9. 4, 4. 11, 8. 16, 3. 24, 3. 51, 1. 98, 10. 100, 5. 108, 15. bhártave (√bhar) IX, 97, 50. yâtave (√yâ) I, 37, 10. 44, 4. 113, 16. 157, 1. V, 29, 10. VIII, 7, 8. 12, 3. 20, 6. IX, 62, 17, 18. IX, 63, 8, 9. 65, 16. 78, 2. 99, 2. X, 75, 2, 6. 106, 1. 143, 1. yántave (√yam) VIII, 15, 3. mántave (√man) 1, 112, 2. yáshṭave (√yaj) I, 13, 6. IV, 37, 7. yótave (√yu) VIII, 18, 5. právantave I, 131, 5. váktave VII, 31, 5. vártave II, 25, 3. III, 33, 4. vástave I, 48, 2. (√vas, illucescere.) vóḷhave (√vah) I, 45, 6. 134, 3. III, 29, 4. IV, 9, 6. V, 14, 3. 56, 6. VI, 60, 12. pári-çaktave VIII, 67, 5. sártave I, 32, 12. 116, 15. 130, 5. II, 12, 12. prá-sartave VIII, 56, 12. sûtave X, 184, 3. srávitave (√sru) IV, 3, 12, 19, 8. sótave (√su) I, 28, 1. stótave (√stu) VIII, 61, 5. VIII, 4, 17. hántave I, 131, 6. III, 37, 5, 6. V, 34, 2. VIII, 12, 22. 82, 7. IX, 61, 22. X, 112, 1. 116, 1. ní-hantave II, 13, 8. hávîtave (√hu) VIII, 90, 4. hártave Pâṇ. III, 4, 9. práti-hartave Benf. §. 919. Altera eius infinitivi forma, quae in tavaí exit et dativus fem. suff. *tu* videtur esse (v. Benf. l. l. §. 919, 2) minus illa quidem usitata quam ea cuius modo mentionem feci, hoc habet singulare, quod non modo radix, sed etiam casus terminatio accentu notatur, ut yó-tavaí (√yu) VIII, 60, 15: agníṃ dvésho yótavaí no gṛiṇîmasi, Agnim, odium ut depellat, celebramus. étavaí IV, 58, 9. X, 108, 6. áty-etavaí V, 83, 10. ánv-etavaí I, 24, 8. VII, 44, 5. gántavaí X, 95, 14. úpa-gantavaí X, 160, 5. dâtavaí IV, 21, 9. ápa-bhartavaí X, 14, 2. mántavaí VII, 4, 8. mâtavaí I, 164, 28. ótavaí (√ve) I, 164, 5. pâtavaí III, 46, 5. sártavaí I, 57, 6. III, 32, 6. srávitavaí VII, 21, 3. yâtavaí. Pâṇ. III, 4, 9. yámitavaí I, 28, 4. hántavaí V, 2, 10, 31, 4. VIII, 85, 5. X, 125, 6. X, 182, 3 pâyayitavaí affertur in lex. Petr. s. v. pâyáyati (√pâ. I.).

Praeterea eiusdem suffixi *tu* commemorandus est ablativus et genetivus, quorum uterque in *tos* exit. Et hi quidem infinitivi, quorum numerus admodum exiguus est, aut ex praepositionibus aut ex substantivis aut ex verbis, quod raro fit, pendent. Atque ablativi exempla sunt in scholiis ad Pâṇ. III, 4, 16: sáṃ-sthâ-tos, úd-etos (ud + √i), purâ suryasyo' detoḥ, ante solis ortum, apâ-kar-tos: purâ vatsânâm apâkartor âste, prá-vad-i-tos (√vad + pra): purâ pravaditor agnau hotavyam, cf. lex. Petrop. s. v. purâ: purâ vacáḥ právaditos nírvapet, sine verbi prolatione libet, prá-car-i-tos: purâ pracaritor âgnîdhrîye hotavyam (cf. lex. Petr. s. v. âgnîdhrîya, cum vitiose apud Pâṇ. ed. Boehtl. l. l. legatur ‚agnîdhrîye'), ho-tos (√hu): â hotor apramattas tishṭhati, tám-i-tos: â tamitos tishṭhati, ján-i-tos: â janitoḥ saṃbhavâma, aliud in commentario ad Pâṇinim p. 152 Boehtlingkius

attulit ex ṚV. I, 41, 9: catúraç cid dádamânâd bibhîyâd ā nídhâtoḥ, timeat (homo) eum, qui quatuor (aleas) tenet, priusquam iaciat, proprie ante deiectum (M. Muell. ess. I, pag. 38). His addo ex Ṛigveda hántos III, 30, 10: purā hántor, et étos II, 15, 5. 38, 3, ubi ablativus ex verbo nam, cohibere pendet: II, 38, 3: âçúbhiç cid yān ví mucâti nûnám árîramad átamânaṃ cid étoḥ, equis velocibus vectus est, nunc eos solvit cohibetque festinantem ire, proprie ab itione, cf. Rothi versionem in ann. soc. orient. germ. XXV, pag. 21 propositam. Ludwigius p. 44 huc refert só-tos X, 86, 1 et çárîtos III, 53, 17. Genetivum, cuius exemplum extat in scholiis ad Pâṇ. III, 4, 13: îçvaro' bhicaritoḥ = abhicaritum ity arthaḥ, incantando aptus, legimus I, 115, 4: madhyā kártos, in medio actionis, cf. II, 38, 4: púnaḥ sám avyad vítataṃ váyantî madhyā kártor ny àdhâc chákma dhîraḥ, quae verba Rothius in ann. soc. or. germ. XXIV, pag. 306 vertit: ‚zusammen rollt die Weberin den Aufzug, sein Werk giebt auf der Künstler mitten drinne.' Haud scio an huc referendus sit genetivus gántos I, 89, 9: mā no madhyā rîrishatāyur gántoḥ, ne nobis in medio cursu praecidatis vitam! cf. III, 54, 18. Praeter ea quae ipse attuli exempla Ludwigius l. l. profert genetivos dā-tos VII, 4, 6, yótos (√yu) VI, 8, 11, quorum uterque ex verbo îç, potentem esse, pendet.

Iam venio ad aliud infinitivorum genus ob eam causam memoratu dignissimum, quod nuda radix signis vel accusativi vel dativi vel ablativi instructa infinitivi instar usurpatur. Cf. Roseni adnot. ad Ṛigv. p. 45 et Curtii libellum de temporum et modorum gr. et lat. formatione Berol. 1846 pag. 14. Atque accusativi exempla praeter schol. ad Pâṇ. III, 4, 12, ubi vibhâjam et apalupam appositis infinitivis vibhaktum et apaloptum explicantur, Aufrechtius l. l. I, p. 148 et Boppius III, p. 280 protulerunt, quibus addere possum yámam III, 27, 3: ágne çakéma te vayáṃ yámaṃ devásya vâjínaḥ, (utinam) valeamus nos ad acquisitionem tui, dei divitissimi, cf. I, 73, 10. II, 5, 1. â-nám-am IV, 8, 3: sá veda devá ânámam devāñ ṛitâyate dáme, deus scit adducere deos sacrificanti domum, quo allato id quod Boppius l. l. contenderat infinitivos id genus nisi ex verbo çak (posse) pendentes non reperiri satis refellitur; pra-míyam (√mi. 2) IV, 55, 7, vi-pṛícham VIII, 86, 3, sam-pṛícham X, 69, 9, â-rúham X, 44, 6. â-sád-am VIII, 1, 8. IX, 3, 1. 25, 6. 30, 4. 64, 22. 82, 1. 101, 14, 15. IX, 71, 6. IV, 9, 1 = SV. I, 23; IX, 8, 3 = SV. II, 530. IX, 50, 4 = SV. II, 558. III, 62, 13; IV, 9, 1. nirníj-am (nis + nij) IX, 95, 1 = SV. I, 530: kṛiṇute nirṇíjaṃ gā, reddit purum lac vaccinum, IX, 68, 1 = SV. I, 563. cf. Benf. gloss. in Sâmv. p. 113a; sam-ídh-am I, 94, 3 = SV. II, 416. VII, 2, 1. â-rábham V, 34, 5. IX, 73, 3. X, 62, 9. Plura exempla collegit Ludwigius l. l. p. 53, 54, neque tamen omnes quos enumerat accusativos equidem in infinitivis habuerim. Eodem iure afferri poterat áyanam, quod legitur III, 33, 7: āpó' yanam ichámânâḥ, aquae fluxionem desiderantes, apapitvám et prapitvám, quae

verba extant III, 53, 24: bharatásya putrā apapitvám̩ cikitur ná prapitvám, Bharatae filii aversionem sciunt, non adversionem, h. e. sciunt hostiliter, non amice facere, cf. Roth. ad litterat. et hist. Ved. p. 111.

Cum his infinitivis Aufrechtius l. l. p. 148, 149 Oscorum et Umbrorum infinitivos suffixis *um* et *om* formatos comparat, quorum *m* finale in Umbrorum quidem lingua fere abicitur, quod idem in supinis eiusdem linguae in *tum* et *tom* finitis fieri solet, cf. Aufr. p. 93, 4a. 116, 4. Umbrica exempla haec sunt: *aju* (Tab. Eugub. IIa, 4 ajere?) eru Va 26. 29. Vb 5 = *erom* VIIb 2 (esse); façiu IIa 16 = façu IIb 22 (facere); *a-ferum* Ib 10 = *afero* VIb 48 (circumferre); *a-serio* VIa 4 (observare); *stiplo* VIa 2 (stipulari); *kuratu eru* Tab. Va 26, 29 (curatum esse). Oscae dialecti exempla ex Mommseni libro de dial. inf. Ital. petito affero haec: *acum* Tab. Bantin. 24 = agere, *deicum* B. 10 = dicere, *censaum* B. 20 = censere, *censamur* B. 19 = censeri (Bergkius coniecit CENSANTVR = censentor, cf. Momms. p. 147 adn.) *manim-a-serum* B. 24 = manum inserere, *moltaum* B. 12. 13. 18. 26. 27 = multare (B. 26. 27: suae pis ionc meddis moltaum herest licitud || si quis eum magistratus multare volet, liceto) *pertumum* B. 7 = secare, *trîbarakavum* cipp. Abell. 36 = tribuere. In studiis oscis a. 1845 ed. p. 66 Mommsenus eam formam esse infinitivum perfecti act. coniecerat, quem locum Boppius III, p. 281 respexisse videtur. Aliter atque Aufrechtius de his infinitivis censuit Boppius, qui eos ad themata sanscr. in *a* exeuntia revocare malebat, quae interdum infinitivi loco ponuntur, cf. Bopp. III, 261. Neque id temere fecisse mihi videtur. Nam accusativi sing. non modo thematum in consonantem desinentium, sed omnium vocum tertiae declinationis in lingua Oscorum in *im* exeunt et in Umbrorum lingua littera nasali abiecta vel in *u* vel in *o* desinunt, at accusativi sing. secundae declinationis, cuius voces cum sanscr. vocabulis suffixo *a* formatis congruunt, in Oscorum lingua omnes terminantur vel in *um* vel in *om*, cum apud Umbros *m* finale saepe abiciatur, quod idem in infinitivis fieri supra diximus. Cf. Bopp. III, 280 sqq.

Sed redeamus ad vedicam dialectum, in qua etiam genetivus et ablativus merae stirpis vi nominis actionis positae reperiuntur. Cuius formae exempla praebent schol. ad Pâṇinim, ubi III, 4, 13 genetivum vi-likh-as legimus: îçvaro vilikhaḥ, proprie dominus pingendi, quae verba scholiastes sic interpretatur: vilekhitum ity arthaḥ, h. e. idoneus pingendo. Ablativos exhibent schol. ad Pâṇ. III, 4, 17. vi-sṛíp-as (cf. Boehtl. com. ad P. p. 152. Yajur V. I, 28; P. I, 1, 40. VIII, 3, 110) â-tṛíd-as VIII, 1, 12 = SV. I, 244: purā jatrúbhya âtṛídaḥ, ante iuguli fissionem; jîvagṛíbhas X, 97, 11, quod Benfeyus in eo numero habet, nomen agentis esse credit Rothius, qui locum in lex. Petrop. laudatum âtmā yákshmasya naçyati purā jîvagṛíbho yathâ' vertit: ipse morbus discedit tanquam ab insidiatore. Huc etiam verba quae sunt I, 24, 4 purā nidáḥ rettulerim.

Iam vero ad reliquos qui plurimi in Ṛigveda extant infinitivos transeamus, qui quamquam variis formati sunt suffixis, in eo tamen omnes consentiunt, quod dativi formam ostendunt neque aut forma aut significatione a dativis substantivorum differunt. Atque ut a simplicissima eorum forma ordiamur, quae in dativi suffixo quod est *e* vel *ai* radici adiuncto cernitur, commemoro hos: dṛiçé I, 23, 21: ā́paḥ pṛiṇitá bheshajáṃ várûthaṃ tanvè máma | jyók ca sū́ryaṃ dṛiçé, aquae, effundite recreationem tutelamque corpori meo et diu solem ut eum videam. cf. I, 50, 1, 5. 51, 4. 52, 8. 112, 5. 123, 11. 124, 6. IV, 11, 1. VI, 29, 3. IX, 61, 18. X, 9, 7. X, 57, 4. 60, 5. 136, 1. saṃ-dṛíçe II, 13, 5. III, 38, 1. abhi-cákshe I, 102, 2: asmé sûryâcandramásâbhicákshe çraddhé kám indra carato vitarturáṃ, nostra causa sol et luna, ut videamus et fidem habeamus, Indra, incedunt alternatim. I, 115, 5. V, 31, 12. vi-cákshe I, 113, 5. 116, 14, 16. 117, 17. IV, 16, 4. II, 27, 10. abhi-pra-cákshe I, 113, 6. saṃ-cákshe I, 127, 11. VII, 18, 20. ava-cákshe IV, 58, 5. âcíte VII, 61, 5 (âcit, f. cognitio). ishé (f. ish) I, 121, 14. nir-áje III, 30, 10. â-túje VII, 32, 9. vi-tíre (√tar + vi) X, 104, 5. â-díçe IX, 21, 5, 6. VI, 56, 1, 48, 14. ati-kráme I, 105, 16. â-dábhe VIII, 21, 16. â-dhṛíshe I, 39, 4. 136, 1. V, 8, 5. 87, 2. IX, 53, 3. X, 49, 4. prati-dhṛíshe VIII, 49, 13. ní-name III, 56, 1. pari-náçe I, 54, 1. saṃ-náçe VIII, 3, 10. vi-níkshe (niksh + vi) V, 2, 9. parâ-núde I, 39, 2. VIII, 14, 9. â-pṛíce V, 50, 2. vi-pṛíce IV, 13, 3. sam-pṛíche VIII, 90, 4. bhujé I, 51, 1. 30, 20. 127, 8, 11. 155, 3. V, 73, 2. VIII, 20, 8, 13. X, 48, 9. bhuvé (√bhû) X, 88, 10. mahé I, 62, 2. 116, 13. III, 7, 10. VIII, 56, 8. mihé I, 64, 6. mushé V, 34, 7. muhé VI, 18, 8. abhi-mṛíçe II, 10, 5. pra-mṛíshe III, 9, 2. â-rábhe I, 24, 5. 34, 2. 182, 7. IX, 73, 1. yujé VIII, 41, 6. rishé V, 41, 16. VII, 34, 17. pra-yákshe (√yaksh + pra) III, 7, 1. 31, 3. rucé IX, 23, 2. 105, 5. â-rúje IV, 31, 2 = SV. II, 33. vṛidhé I, 34, 12. 79, 11. 85, 1. 89, 5. 91, 10, 17. 112, 24. 121, 8. 178, 5. III, 3, 8. 6, 10. pra-vā́ce IX, 95, 2. â-vṛíte III, 42, 3. ati-vídhe (√vyadh) V, 62, 9. vā́he, VII, 24, 5 (√vah 1, cf. lex. P. s. v. vâh 1). víde VIII, 13, 1 = SV. I, 381. II, 96. â-víde X, 113, 3. pari-víshe X, 62, 10. pra-vṛíje V, 30, 15. â-çáye X, 162, 1, 2. çáye X, 162, 4. vi-çáse X, 143, 3. anu-çáse V, 50, 2. çiçnáthe III, 31, 13. anu-syáde II, 13, 2. upa-stíre (√star) II, 31, 5. IV, 33, 1. V, 85, 1. çubhé I, 64, 4. 87, 3. 88, 2. 117, 5. 119, 3. 127, 6. 167, 6. III, 26, 4. V. 52, 8. 57, 3. 63, 5. VII, 57, 3. 87, 5. 88, 3. VIII, 26, 13. X, 105, 3. çraddhé I, 102, 2. â-sáde I, 13, 7. III, 41, 9. V, 26, 8. 46, 5. VIII, 49, 1. 54, 6. X, 188, 1. ni-sháde (√sad) I, 104, 1. saṃ-shúde VIII, 17, 6. ati-shkáde VIII, 56, 19. prati-shkábhe (√skabh) I, 39, 2. vi-shkábhe VIII, 89, 12. ni-spṛíçe (√sparç) X, 91, 13. pari-shváje X, 40, 10. sam-ídhe I, 113, 9. VII, 77, 1. parâ-daí (√dâ) VII, 19, 7. pra-khyaí (√khyâ) VII,

81, 4. vi-khyaí X, 158, 4. vi-khyé Pâṇ. III, 4, 11. â-yaí (√yâ) II, 18, 3. pra-yaí I, 142, 6. X, 104, 3. (Roth. coni. pra-paí) upa-yaí VIII, 47, 12. pra-mé (√mâ 3 + pra) loc.? IX, 70, 4. prati-maí (√mâ 3 + prati) III, 60, 4. cf. Ludwig. p. 55—58, qui multo maiorem talium infinitivorum numerum profert, sed non omnibus locis ei assentior.

Cum his infinitivis aptissime comparare possumus bactricos [8]), quos eadem ratione formatos esse apparet, ut içê (√iç), y. 49, 1; anâshê y. 43, 14. vîduyê (√vid) y. 43, 3: vaçemî vîduyê, volo scire, y. 29, 3. 31, 5. vîvîduye y. 42, 9. zaozîzuyê (√zu) y. 27, 6. duyê (√du = dâ) y. 45, 15. frâṭbuyê, viṭ-buyê (√bû) yt. 15, 52. mereñgeduyê (√mareñc + duyê) y. 52, 6. çûyê (√çu) y. 48. 9. cf. Schleicheri comp. p. 363. Pergimus ad eas vedicas formas, quae ad aoristum haud dubie revocandae sunt, quales sunt: jishé (√ji) I, 112, 12 yā́bhî rátham ā́vatam jishé, quibus (auxiliis) currum iuvistis, ut vinceret, cf. I, 111, 4. vakshé (√vah) stushé (√stu) VIII, 5, 4. 7, 32. 24, 1. 63, 1. upa-prakshé (√parc) V, 47, 6. pra-hoshé (√hve) I, 150, 2. preshé (√i + pra), meshé (√mi) v. Pâṇ. III, 4, 9. Bopp. III, p. 270. jeshé, quod Benfey. gr. sanscr. mai. §. 919. V. infinitivum radicis *ji* esse existimat, Rothius in lex. Petrop. s. v. jeshá locativum substantivi jeshá esse contendit. cf. ṚV. I, 100, 11. VI, 44, 18. Hos infinitivos plane congruere cum Graecorum infinitivis aoristi primi qui dicitur facile intellegetur, si comparaverimus *λῦσ-αι, τύπ-σαι, δεῖκ-σαι,* quamquam, utrum in dativis an in locativis habendi sint, dubitari potest. Ac Schleicherus quidem eos ad locativos thematum in *a* desinentium (*λῦσα-*) refert p. 364, Boppius dativos esse censet, cuius sententia magis mihi probatur quam illius. Aoristi enim thema, quod est *λυσ-*, in dativo esse positum existimo. Sed utcunque res sese habet, hoc certe constare mihi videtur, inesse in eis infinitivis residuum radicis *as*, esse. Neque vere hoc loco omittendum est in scholiis ad Pâṇ. III, 4, 10 duos legi infinitivos, rohishyai et avyathishyai, qui ad futurum secundum potius quam ad aoristum tertiae formationis, ut Boppius censet p. 269, pertinere videntur.

Iam venio ad substantiva in *as* finita, quorum dativus in *ase* vel *áse* infinitivi partes agit: ávase I, 34, 12: vâm ávase johavîmi, vos auxilio vocito. cf. I, 17, 2. 22, 6, 10. 34, 12. 35, 1. 45, 5. 47, 10. 48, 14. 52, 1, 12. 89, 5, 7. [9])

---

[8]) Zend-Avestae partes cum Justio, quem in litteris bactr. transcribendis secutus sum, ita indico, ut y. sit yaçna, yt. yasht, vd. vendidad.

[9]) I, 89, 7: víçve no devā́ ávasā́ gamann ihá, omnes nobis dii auxilio veniant huc; in padapâṭha legitur ávasâ ā́, quod Benfeyus in ephemerid. doct. Gotting. a. 1869 p. 1440 monuit. At cum dativus ávase sententiae totius loci sit aptissimus, eum fortasse ita tueri possumus suadente Benfeyo, ut ávasa ā́, quod ex ávase ā́ oriri necesse est, in ávasā́ contractum esse statuamus, cf. Benf. gramm. sansc. mai. §. 89 adnot. et eiusdem viri introduct. in Sâmaved. p. XXXIII; neque minus est verisimile vocem rā́dhasā́ I, 135, 4 eodem modo explicandam esse, praesertim cum ávase antecedat.

100, 8. 102, 10. 112, 24. 114, 4. 118, 10. 127, 4. 128, 8. 129, 10. 135, 3. 164, 52. 168, 1. 183, 5. 186, 10. II, 16, 1. 29, 1. 34, 14. III, 13, 2. 26, 2. 47, 5. 54, 12. 57, 5. 62, 2. IV, 2, 13. 3, 1. 20, 1. 21, 1, 3. VI, 14, 1. 38, 5. 40, 5. 46, 6. 48, 4. 61, 2. VII, 1, 2. 21, 8. 26, 2. X, 38, 4. kshádase (√kshad) I, 25, 17. dhā́yase I, 31, 13. 72, 9. 94, 12. 130, 2. 141, 6. III, 38, 3. 50, 3. V, 70, 2. práyase IX, 66, 23. V, 66, 1. cákshase I, 7, 3. 48, 8. 112, 8. V, 15, 4. VII, 66, 14. bhárase (bháras) V, 15, 4. bhójase I, 55, 3. VIII, 54, 3. çávase I, 57, 1. 81, 1, 8. 130, 6. III, 37, 1. VIII, 24, 12. námase VIII, 25, 7. çrávase I, 31, 7. 57, 3. 73, 5. 95, 11. 103, 4. 113, 6. 121, 14. 134, 3. rā́dhase I, 17, 7. 81, 8. 139, 6. III, 41, 6. 51, 12. IV, 20, 2. 24, 1. 29, 3. VI, 38, 5. VIII, 24, 12. sárcase IX, 65, 18. sányase III, 31, 19. VIII, 24, 26. VIII, 56, 18. sáhase I, 16, 6. III, 51, 4. IV, 20, 6. VI, 38, 5. stávase V, 10, 7. spárase VIII, 20, 8. arháse (√arh) X, 77, 1. javáse (subst. jávas √jû) III, 50, 2. duváse? I, 165, 14. dhruváse (dhruva) I 70, 1. cf. lex. Petrop. s. v. jîváse (√jîv) I, 25, 21. 36, 14. 37, 15. 44, 6. 72, 7. 79, 9. 89, 2. 91, 7. 117, 24. 119, 1. 146, 5. 155, 4. 172, 3. II, 28, 7. 39, 6. III, 36, 10. 53, 18. VI, 69, 5. VIII, 6, 33. 18, 18, 22. 48, 4. 52, 9. 56, 12. IX, 82, 4. 86, 38. X, 14, 14. 18, 6. 25, 4. 25, 6. 35, 12. 57, 4. 185, 3. 186, 3. doháse (√duh) I, 141, 2. VI, 66, 1, 5. VI, 45, 7. bhiyáse (√bhî, timere) V, 29, 4. caráse I, 92, 9. V, 47, 9. çriyáse I, 87, 6. V, 59, 3. pushyáse (√push) V, 50, 1. VI, 13, 5. VII, 57, 5. râjáse (√râj) VIII, 86, 10. IX, 86, 36. ṛiñjáse (√arj) VIII, 4, 17. vṛiñjáse (√varj) VIII, 65, 1. vṛidháse V, 64, 5. spûrdháse V, 64, 4 (√spardh). ṛicáse (√arc) VII, 61, 6. VI, 39, 5, ad quem locum M. Muellerus ṚVS I. p. 150 haec adnotavit: ‚in VI, 39, 5 ṛicáse may be a dat. sing. of the masculine, to the praiser.' tujáse (√tuj) IV, 23, 7. çobháse (√çubh) I, 84, 10. X, 77, 1. Cum inter suffixa *as* et *us* necessitudo quaedam intercedere videatur (cf. Bopp. III, 408), his substantivis in *as* finitis addo substantivum vapus, cuius dativus vápushe pariter atque ávase etc. in infinitivum abiit, cf. I, 64, 4; 119, 5; 141, 1; 148, 1. IV, 23, 9. V, 33, 9; 73, 3. VI, 63, 6.

Aptissime huc referemus bactricae linguae themata in aṅh terminata, quae cum neutris sanscr. in as finitis tam accurate congruunt, ut Bactrorum avaṅh idem sit et forma et vi ac potestate atque vedicum illud ávas, cf. Spiegeli gr. bactr. p. 86, 148. Infinitivi huiusmodi sunt: avaṅhê yt. 5. 63: moshu mê zava avaṇhê, veni mihi celeriter auxilio, yt. 10, 24 jaçaiti avaṅhê, venit auxilio, yt. 10, 77: â thwâ zbayâi avaṅhe, te auxilio voco, yt. 10, 5: âca nô jamyâṭ avaṅhê, veniat nobis auxiliatum; avaqyâi yt. 57, 20 (yt. 10, 78: âca nô jamyâṭ avi avaqyâi, veniat nobis ad auxilium). manaṅhê, vacaṅhê y. 67, 9. ravaṅhê yt. 10, 5. rafnaṅhê yt. 10, 5. rafenôqyâi y. 57, 20. rafnaṅhaêca yt. 1, 9. drâjaṅhê y. 9, 82. frâdaṅhê (√frâdh) y. 43, 20. râshayaṅhê (√rash) y. 48, 3. 50, 9. vao-

cañhê (√ vac) y. 28, 11. vacañhê (vacañh subst.). crâvayañhê (√ çru) y. 29, 8. vaênañhè (√ vaên) y. 32, 10.

His allatis transitio nobis facile paratur ad Latinorum infinitivos, qui quin in activo quidem verbo eodem dativo *-ase* suffixi *as* oblitterato intellectu primariae formae conformati sint, dubium esse vix poterit, si comparaverimus *av-ere* = *áv-ase, vîv-ere* = *jîv-ase.* Quae infinitivorum conformatio tam arte sese applicat ad praesentis thema, ut, ubi deest vocalis intermedia, etiam suffixum *-ase* vocali destitutum appareat, cf. *es-se, da-re, fer-re (fer-se), vel-le* (*vel-se,* v. Schleich. p. 251. 456 sqq.) Idem suff. iunctum esse cum perfecti themate, quod in *is* exit et tantum Latinorum est, hisce cognoscitur exemplis: *peperis-se, dedis-se, fecis-se* etc., alii infinitivi perfecti, ut *dixe* (Varr. ap. Non. p. 451, 16) = *dixisse, decesse* (Ter. Heaut. pr. 32) = *decessisse, traxe* (Verg. A. V, 786), *abstraxe* (Lucr. III, 650), *surrexe* (Hor. sat. I, 9, 72) in formis syncopatis habendi sunt. Huc quoque refero infinitivos Plautinos, qui futuri esse putandi sunt, ut *expugnasse-re, impetrasse-re, levasse-re.* Quo simplicior autem et magis accedens ad antiquissimam formam horum infinitivorum forma videtur, eo maiores in explicandis verbi passivi infinitivis existunt difficultates, quorum exempla antiquiora ex. corp. inscript. lat. volumine primo desumpta affero haec: *abducier* 198, 71, *avocarier* 198, 71, *figier* 196, 27, *gnoscier* 196, 28, *ornarier* 1306, *utier* 33. Cf. Neuii librum ‚Formenlehre der latein. Sprache' inscriptum, qui II, p. 309—313 permulta exempla conlegit. Quos quomodo viri docti explicare temptaverint vel potius laboraverint, fusius exponit Schleicherus p. 457 sqq. et Corssenus in Kuhni annall. X, 154 sqq. 250 sqq. Qua de causa singulorum sententias persequi supersedeo. Liceat tamen commemorare L. Langium, cuius sententiam quomodo apud Schleicherum p. 459 expositam legi, allaturus sum. Ac primum quidem is infinitivum *legier* ex forma *legi-fier*, mutilatum esse existimat, h. e. thema praesentis *legi-* compositum esse cum infinitivo *fiere, fieri.* Deinde infinitivos *ama-rier, da-rier* ex formis *ama-siere, da-siere* natos esse dicit, h. e. praesentis themati adiunctum esse infinitivum *siere,* qui sit radicis *es* (esse) et vim habeat passivam. Denique infinitivos *legi, amari* ex formis *legies (legi-fiese), amasies (ama-siese)* ita explicandos esse censet, ut abiecta littera *s* finali syllaba *je* in *i* sit contracta. Sed haec explicatio quamvis eo commendetur, quod Langius eodem suffixo *se* infinitivos verbi tam activi quam passivi formatos esse putat, tamen non omni caret offensione. Neque enim verisimile est, id quod Schleicherus p. 459 recte obiecit, infinitivum radicis *es* formatum esse, in quo passiva significatio insit. Quam explicandi rationem in Kuhni annall. XVII, 153 sqq. ingressus est G. Schoenbergius, qui formas *amarier, legier* ex formis primitivis *amasi-ai-se, legi-ai-se* repetendas esse dicit, eam Corssenus in libro qui inscribitur ‚Ueber Aussprache, Vocalismus und Betonung d. lat. Sprache', vol. I, 723

acute impugnat. Quamquam igitur nihil adhuc prolatum est, quod ex omni parte satisfaciat,[10]) et valde verendum est, ne coniecturarum numerum temere augere videar, tamen quoniam in re difficillima versamur, id quod ipse concicio proponere non dubito. Ac mihi quidem in forma *ama-s-ie-se,* ex qua formae *amarier* originem ducendam esse existimo, quatuor partes distinguendae esse videntur, primum verbi thema, quod est *ama,* deinde litera *s,* quod reliquum est suffixi *-as,* quo infinitivos verbi activi formatos esse supra vidimus, tum pronomen reflexivum *se.* Iam quaeritur, quid sit illud *ie.* Mihi in mentem venit hoc *ie,* quod Corssenus l. l. II, 478 ex suff. fem. *-ia* ortum esse putat (cf. mater-ie-s = mater-ia, barbar-ie-s = barbaria, Her-ie-m = *Heria), idem esse atque Indorum et Bactrorum *ya,* quo in utriusque populi lingua verbum passivum formatur, ut tud-yá-te = tund-i-tur. Hoc autem, quo omnem vim passivam contineri Spiegelius gr. p. 254 affirmat, ad radicem yâ, ire cum Benfeyo §. 874 et Boppio gr. sansc. min. p. 329 refero. Itaque formam *dasi* = *dari,* quam Festus ed. M. p. 68 tradit, ex formis *da-s-ie-r, da-s-ie-s, da-s-ie-se,* formam *sparg-ie-r* = sparg-i Hor. od. IV, 11, 8 ex formis *sparg-ie-s, sparg-ie-se* ortam esse puto. Distinguendum est igitur inter verborum themata in consonantes finita et inter ea, quae in vocales ă, ā, ē, ī exeunt. Haec enim cum suffixis *s-ie-se, -r-ie-r, -r-*ī coniunguntur, ad illa suffixa *-ie-se, -ie-r,* -ī accedunt. Ne quis vero miretur, quid verbum eundi valeat ad passivam significationem, hoc addo, apud Latinos etiam verbo veneundi passivam vim tribui et in lingua sanscrita, imprimis epica, saepissime verba eundi cum accusativo nom. abstr. iuncta pro passivis usurpari, cf. pâṇḍutâm yâ, albitudinem adire = album reddi, vishâdaṃ gam, consternationem adire = consternari, nishṭâṃ gam, finem adire = finiri, ṭripniṃ gam, satietatem adire = satiari, cf. Nal. 9, 8: nale yaḥ samyag âtishṭet sa gacched vadhyatâm mama, cum Nala qui simul adstet, is eat in occisionem mei, h. e. is a me occidatur. Ne hoc quidem praetereundum est in infinitivis Indorum, Bactrorum, Graecorum, qui in -dhyai, -dyâi, *-σθαι* exeunt, fortasse idem yâ radici dhâ iunctum latere, quae Benfeyi et Curtii sententia est. Cf. Kuhni ann. 1, 25—27.

His expositis me convertam ad aliquot substantivorum dativos, qui cum rarius in Ṛigveda legantur, tamen ob eam causam potissimum memorandi sunt, quod ex eis non modo omnes graecae linguae infinitivi exceptis eis, qui in *-σαι* et *-σθαι* desinunt, sed etiam germanicarum dialectorum infinitivi apte derivantur. Atque dativi substantivorum in -man terminatorum sunt hi: trāmaṇe V, 46, 6 (falso leg. in lex. Petrop. 6, 46, 6) nadyàs trāmaṇe bhuvan, flumina praesidio sint. dāmane VIII, 82, 8 (falso legitur in lex. Petrop. 8, 52, 8). dhármaṇe X, 50, 6. 88, 1. vídharmaṇe VIII, 7, 5.

---

[10]) cf. Corss. l. l. II, 478.

bhármaṇe X, 88, 1. vidmáne I, 164, 6. X, 88, 18; instrumentalis **vidmánâ** legitur I, 110, 6.

Ex bactrica lingua affero hos dativos: çtaomainê (çtaoman, laus), y. 9, 8: aoi mãm çtaomainê çtûidhi, praedica me laudis causa, proprie ut lauder, ãṅmainê (ãṅman, vigor), y. 43, 20. khshnûmainê (khshnûman) y. 3, 3; 65, 3. Huc refero infinitivos graecos in *-μέναι* exeuntes, quorum exempla homerica haec affero. Infinitivi praesentis temporis sunt hi: *ἔμεναι Γ*, 40, *α*, 385 (*ἔμ-μεναι*), *ἄ-μεναι Φ*, 70, *ἴ-μεναι Υ*, 32, *σ*, 341, *ὀρνύ-μεναι Ρ*, 546; *ἐριζ-έ-μεναι Α*, 277, *ἑλκ-έ-μεναι Σ*, 156, *σ*, 12, *ἐσθ-έ-μεναι Ω*, 213, *β*, 75, *φευγ-έ-μεναι Κ*, 359. Inf. futuri temporis: *οἰσ-έ-μεναι Γ*, 120, *θ*, 399, *ἀξ-έ-μεναι Ψ*, 50, *ψ*, 22, *δωσ-έ-μεναι Κ*, 393, *δ*, 7, *θησ-έ-μεναι Μ*, 35, *υ*, 394. Inf. perfecti temporis: *ἴδ-μεναι Ν*, 273, *δ*, 200 (***Fίδ-μεναι*** = vid-máne), *ἑστά-μεναι Λ*, 410, *χ*, 121, *τεθνά-μεναι Ω*, 225, *τετλά-μεναι ν*, 307. Aoristi secundi infinitivi huc pertinent: *δό-μεναι* (= **dâ**-mane) *Α*, 98, *α*, 317, *θέ-μεναι Β*, 285, *δ*, 297, *κτά-μεναι Ε*, 301, *κ*, 295, *στή-μεναι Ρ*, 167, *ε*, 414, *γνώ-μεναι Β*, 349, *α*, 411, *δύ-μεναι Ζ*, 185, *βή-μεναι Ι*, 275, *θ*, 518, *οὐτά-μεναι Φ*, 68, *ι*, 301. Infinitivi aoristi primi passivi: *ὁμοιωθή-μεναι Α*, 187, *γ*, 120, *ἀριθμηθή-μεναι Β*, 124, *διακρινθή-μεναι Γ*, 98, *μιχθή-μεναι Λ*, 438, *ἀολλισθή-μεναι Ο*, 588, *πειρηθή-μεναι θ*, 213, *ἀεικισθή-μεναι σ*, 222. Infinitivi aoristi secundi passivi: *ἀλή-μεναι Ε*, 323, *δαή-μεναι Ζ*, 150, *ν*, 335, *μιγή-μεναι Ζ*, 161, *φανή-μεναι Ι*, 240, *δαμή-μεναι Κ*, 403, *καή-μεναι Ψ*, 198, *ἀρή-μεναι χ*, 322, *τερσή-μεναι ζ*, 98, *ταρπή-μεναι Ω*, 3, *ψ*, 346, quos cum Benfeyo et Kuhnio (ann. 15, 304) in dativis habeo[11]), non in locativis, ut Schleichero l. l. p. 401 placet.[12]) Qui ut ita iudicaret, duabis causis permotus est, altera, quod hi infinitivi participiis in *-μένο* terminatis responderent, altera, quod in graeca lingua nullum inveniretur exemplum, quo dativus thematum in consonantem desinentium in *-αι* exire demonstraretur. At illa participia sunt verbi medii et passivi, hi infinitivi fere omnes ad verbum activum solum pertinent. Quare recta ratio postulat, ut eorum originem non ex suffixo *-mana*, sed ex suff. *-man* ducamus, quo suffixo substantiva generis neutrius formantur. Ergo in dativis, non in locativis habendi sunt, cf. Bopp. III, 324 sqq. Ad alterum ita respondeo, ut iam antiquissimis temporibus suffixum *-μεναι* seiunctum et a Graecis servatum esse statuam, quamquam concedendum est graecorum thematum in *-ματ* desinentium, quae respondent sanscritis in *man* terminatis, nullum reperiri dativum in *-αι* exeuntem. Ne illud quidem omittendum videtur graecam terminationem *αι* sanscritae *e* vel *ai* respondere (*-se*, *-te* = *-σαι*, *-ται*, *-dhyai* = *-σθαι*), sed ob eam ipsam rem ad quaestionem illam absolvendam nihil

[11]) Cf. ea, quae Delbrueckius de ea re in Kuhni ann. XVIII, 2, p. 103. exposuit.

[12]) Cum Schleichero Schoemannus l. l. pag. 66, et Curtius, ‚Erläuterungen zur griech. Schulgrammatik', Prag 1871, pag. 196 sqq. consentiunt.

proficitur, cf. Kuhni ann. 15, 304. Deinde idem suffixum *-μεναι* litteris *αι* abiectis in *μεν* mutilatum esse hisce intellegitur formis: *ἴ-μεν Α*, 170, *α*, 441, *ἔ-μεν Δ*, 299, *ε*, 257, *ἔμ-μεν ξ*, 332, *Σ*, 364, *φευγ-έ-μεν Κ*, 147, *ι*, 43, *ἐλαυν-έ-μεν Ε*, 327, *η*, 109, *δό-μεν Δ*, 379, *ρ*, 404, *ἐλθ-έ-μεν Δ*, 247, *γ*, 188, *τραφ-έ-μεν Η*, 199, *γ*, 28, *εἰπ-έ-μεν Η*, 373, *γ*, 89, *πεπληγ-έ-μεν Π*, 728, *φαγ-έ-μεν κ*, 386. Denique commemorandi sunt infinitivi: *δοῦναι Ο*, 216, *α*, 292, *διαγνῶναι Η*, 424, *δῦναι Β*, 413, *ν*, 30, *θεῖναι Δ*, 26, *ν*, 156, *ἁλῶναι Μ*, 172, *ε*, 312, *στῆναι*, *Φ*, 266, *ρ*, 439, quibus adiungo eos infinitivos, qui vulgo in *-ειν*, Lesbiace et Laconice in *-ην* (*συμφέρην, συνέχην, εἴπην, ἄγην, ἐπιδεύσην, κρέκην, φροντίσδην*, cf. Ahrens. de dialect. aeol. p. 89), apud Dores in *-εν* exeunt, velut *φέρεν, ὑπάρχεν, σπείρεν, ἐξελέν, ἐμβαλέν, νοέν* = *νοεῖν, ποιέν* = *ποιεῖν*, cf. Ahrens. de dial. dor. p. 176, 177, quos cunctos ex uno suffixo repetendos esse existimo. Neque tamen L. Meyero assentire possum, qui tales formas, quales sunt *διδοῦναι* = *διδοεναι, δοῦναι* = *δοεναι, δῦναι, στῆναι, ἰδέειν, ἰδεῖν* ex decurtata suffixi *μεναι* forma ortas esse putat. Has potius refero ad suffixum *-εναι*, cf. Schleich. l. l. p. 410, quod eodem modo atque suffixum *-μεναι* extremis litteris *αι* destitutum apparet. Hoc vedico dativo *-ane* suffixi *an* respondere mihi videtur, cuius vestigia in his substantivis conspicio: dhūrv-aṇe IX, 61, 30 = SV. II, 130: yā̆ te bhîmā̆ny ā̆yudhâ tigmā̆ni santi dhūrvaṇe | rákshâ samasya no nidáḥ, quae tibi terribilia tela (et) acuta sunt ad pugnandum, (eis) tueare nos ab omni contemptore, turv-áṇe VIII, 9, 13. 12, 19. VI, 46, 8. VIII, 45, 27. X, 93, 10; vibhv-áne VI, 61, 13, ubi dativum instrumentalis loco positum esse Rothius censet in lex. Petr., M. Muellerus ṚVS. vol. I, p. 34 huc refert. Ex bactrica lingua eodem pertinet dativus ukhshnê subst. ukshan (√ vaksh) vd. 4, 124, Spieg. comm. I, p. 135. Huc quoque dubito an Gotorum infinitivi, qui in *-an* terminantur, veluti aigan, possidere, giban, dare, magan, valere, standan, stare, et Germanorum quidam in *-nne* exeuntes referendi sint, quos omnes aeque atque graecos in *-ειν* term. Schererus symb. ad. hist. ling. germ. p. 474 locativos esse substantivorum *an* suffixo formatorum censet. Facile enim fieri potuit, ut dativi terminatio *ai* abiceretur, quod in graecis infinitivis quibusdam factum esse supra vidimus. Neque id minus ex usu infinitivorum got., praecipue eorum, qui cum praepositione *du* iuncti leguntur, apparere videtur eos esse dativos. Conferas haec: vaurkeiþ þans mans anakumbjan, *ποιήσατε τοὺς ἀνθρώπους ἀναπεσεῖν* cum vedicis verbis X, 186, 2: no jîvā̆tave kṛidhi, nos ad vivendum fac, i. e. fac, ut vivamus; atgibada du ushramjan Matth. 26, 2 *παραδίδοται εἰς τὸ σταυρωθῆναι.* Linguae anglosaxonicae sunt haec: gedafenađ tô dônne (es geziemt zu thuen) Aeđelr. 4, 6, ongunnon tô ceorigenne (begannen zu murren) Sept. âblinđ tô âsendenne (hört auf zu senden) Sept. ic dô eòw tô witanne (thue euch zu wissen), gearu tô âdreòganne (bereit zu dulden), An. 73 geòmorlîc tô ge-

bîdanne (jammervoll zu erleben) B. 2444 tô sêceanne gefŷsed (bereit zu suchen) B. 2562 fûse tô farenne (bereit zu fahren) B. 1805, cf. Kochi gramm. ling. angl. vol. II, p. 55 sqq. Ex antiquiore Germanorum lingua haec affero exempla: ze karawenne sint, praeparanda sunt, ist arloubit zins zi gebanne, licet censum dari. Nib. 276, 2: daz er an ze sehene den frouwen waere guot, Grimm. gr. IV, 60 sqq. et Bopp. III, 315 sqq., quocum conferas vedicum illud VIII, 21, 16: ná te dâmãna âdábhe, portiones tuae minui non possunt. Quamquam non ignoro id infinitivorum genus a Boppio et Schleichero ad suff. *ana* referri et locativos substantivorum sic formatorum saepius fungi infinitivi munere in lingua sanscr. posterioris aetatis Boppius copia exemplorum satis magna allata demonstravit, quorum duo apposuisse satis habeo: Sâvitrî I, 33: bhartur ânveshaṇe tvara, coniugem quaerere festina, Râm. ed. Schl. I, 66, 19: na çekur grahaṇe tasya dhanushaḥ, non potuerunt tenere hunc arcum. Ex bactrica autem lingua eius locativi usus exempla adnotavi haec: avaṅhânê y. 33, 5: çraoshem zbayâ avaṅhânê, Çraosham voco auxilio. urvânê (?) y. 31, 2. marânê (√ mar, meminisse). çraoshânê (√ çrush, audire) y. 49, 4. vareshânê (√ varez) y, 50, 1. vourucashânê y. 33, 13. haṇhânê (√ han, dignum esse) y. 8, 4. vîdvanôi (√ vid) y. 31, 3: taṭ né....vîdvanôi vaocâ, hoc nuncia ut sciamus. Vide de his formis Spieg. gr. p. 393.

His locativis adiungamus infinitivos linguae persicae in tanaiy exeuntes, quales in inscriptionibus cuneatis reperiuntur, qui omnes manifestum locativi signum ostendunt. Neque vero mirum videbitur hunc ipsum casum in lingua persica infinitivi partes agere, si eandem linguam omnino dativo carere cognoverimus,[13]) cuius locum ubique genetivus obtinet, quod ex his apparet exemplis: Beh. I, 38: kârahyâ (genet.) avathâ athaha, sic dixit exercitui, I, 12: Auramazdâ khshatram[14]) manâ (genet.) frâbara, Auramazda mihi detulit imperium, O, 6: hya shiyâtim adâ martiyahyâ (genet.) qui iucunditatem dedit mortali. cf. Spieg. p. 172, 74. Ac Boppius quidem III, 480 hos infinitivos ad vedicum suffixum tvana refert, quod extat in ved. substantivis mahi-tvaná ṚV. I, 166, 12, martya-tvaná VIII, 81, 13, vasu-tvaná VII, 81, 6, sakhi-tvaná Benf. gr. m. §. 609, sed rectius vidisse puto Oppertum, qui docet eos suffixo tana formatos esse, quod sanscrito suff. tana in adiectivis ex adverbiis derivatis: idânîn-tana, divâ-tana, nû-tana, ciran-tana, çvas-tana, sanâ-tana, sâyan-tana, hyas-tana, et latino suffixo tino in adiectivis eiusdem generis: cras-tinus, diu-tinus, pri-s-tinus respondet cf. Spieg. p. 149, 34. Schleich. comp. p. 420. Hoc suffixum nulla vocali inter-

[13]) Cf. Spiegeli inscript. cun. pers. pag. 153, 39.

[14]) Ubi Spiegeli liber litteram *s* exhibet, scripsi *sh* secutus Huebschmannum, qui pag. 82 commentationis suae quae inscribitur ‚Ein zoroastrisches Lied, Cap. 30 des Jasna, übersetzt und erklärt. München 1872' ita scribendum esse demonstravit.

posita merae radici ita adicitur, ut forma locativi tanaiy, non tanai, ut expectandum erat, appareat. Nam cum leges linguae persicae ullum vocabulum in *i* exire vetent, litterae *i* finali quasi adminiculum quoddam *y* additur. Quo fit, ut sit abiy = bactr. aibi sive aiwi, apiy = bactr. aipi = sanscr. api, yadiy = bactr. yêzi sive yêdhi = sanscr. yadi, pariy = bactr. pairi, patiy = bactr. paiti, cf. Spieg. 140, 12. 155, 1g. Ex inscriptionibus igitur persicis hos adnotavi infinitivos: thaç-tanaiy (√thah = bactr. çañh = scr. ças) Beh. I, 53, car-tanaiy (√kar) Beh. I, 94. II, 33; 38; 39; 44; 53; 58; 67; III, 36; 43; 44; 59; 64, 65. kañ-tanaiy (√kan = bactr. kan = scr. khan) K 20, 21. nipish-tanaiy (√pish + ni = bactr. et sanscr. pish) K 23, 24: adam niyashtâyam imam dhipim nipishtanaiy, ego iussi hanc inscriptionem inscribi.

At paene oblitus sum, dum in locativis versor, commemorare vedicum dativum dâváne nominis actionis dâván, cuius non alius superest casus quique infinitivi loco vi tam activa quam passiva ponitur, cf. IV, 32, 9: abhí tvâ gótamâ girânushata prá dâváne, te laudant Gotamae carmine ad dandum, II, 11, 1 et 12: syâma te dâváne vásûnâm, simus ii, qui a te bona accipiamus, proprie: simus tibi ad accipiendum bona. cf. I, 61, 10. 122, 5. 134, 1, 2. 139, 6. II, 1, 10. IV, 29, 5. V, 59, 1, 4. 65, 3. VIII, 7, 27. 25, 20. 45, 10. 46, 25, 27. 52, 5. 58, 17. 59, 12. 63, 5. 69, 17. 70, 12. IX, 93, 4. X, 32, 5. 44, 7. 50, 7. M. Muellerus ṚVS. I, p. 33 sqq. contendit dâváne locativum esse posse substantivi dâvána II, 11, 1, 12. VI, 72, 2: devásya vayáṃ savitúḥ sávimâni çréshṭhe syâma vásunaç ca dâváne, may we be in the favour of the god Savitar, and in the best award of his treasure, sed cum aliis Ṛigvedae locis nomina actionis suffixo *vana* formata non reperiantur, eo loco quem modo attuli vocem çréshṭhe ad sávimâni referre mavult atque plurimis locis dâváne pro dativo habendum esse dicit.*) Cum dativo dâváne Benfeyus in Oriente et Occidente coniuncto I, 606 sqq. (cf. II, 97. II, 132) comparat graecum *δοῦναι,* quod ex forma *δοϜεναι* natum esse dicit. Haec quae modo attuli Delbrueckius mecum communicavit, qui praeterea jásvane, quod legitur VI, 44, 11, dubitat an huc sit referendum.

His multa usitatiora sunt substantiva aut in *ti* aut in *i* aut in *a* aut in *â* desinentia, quorum dativos infinitivi munere fungi ex eis quae proponam exemplis elucebit. Ab usitatissimis igitur substantivis in *ti* finitis incipiamus: ûtáye I, 4, 1: surûpakṛitnum ûtáye....juhûmási dyávi-dyavi, praeclara opera perficientem (Indram) auxilio vocamus cotidie = SV. I, 160. I, 8, 1, 9. 9, 9. 22, 5. 23, 3. 30, 6, 7. 35, 1. 36, 13. 45, 4. 48, 14. 56, 4.

*) It is better, inquit Muellerus, in VI, 71, 2, to refer çréshṭhe to sávimâni, and to make allowance in the other passages for the idiomatic use of such phrases as dâváne vásûnâm or râyáḥ dâváne.

104, 2. 105, 17. 106, 1, 6. 111, 4. 119, 2. 129, 4. 130, 9. 144, 5. II, 5, 1. 32, 8. 34, 14. III, 9, 1. 14, 2. 27, 6. 30, 22. 37, 8. V, 5, 3, 5. 46, 3. VI, 9, 7. VIII, 32, 10. X, 81, 7. sâtâye I, 4, 9. 102, 3, 5. 111, 4. 130, 6. 138, 4. 143, 6. III, 31, 19. 36, 1. 54, 17. 56, 6. V, 5, 4. 39, 3. VII, 15, 9. VIII, 45, 9. IX, 7, 9. X, 38, 1. pîtâye I, 5, 6. 16, 3. 22, 1. 23, 2. 47, 9. 55, 2. 137, 2. 166, 7. III, 42, 4, 8, 9. IV, 36, 2. 48, 1. V, 71, 3. VIII, 12, 12. pûrvápîtaye I, 19, 9. 134, 1. 135, 1. VIII, 3, 7 = SV. I, 256. sómapîtaye I, 16, 8. I, 2, 3. 8, 10. 14, 1, 6. 16, 1. 22, 9, 12. 23, 4, 7, 10. 44, 9. 48, 12. 92, 18. 111, 4. 137, 3. II, 41, 1, 21. III, 41, 1. 42, 3. IV, 46, 7. 47, 1. V, 51, 3. V, 72, 1. VIII, 13, 27. vîtâye I, 5, 5. 13, 2. 74, 4, 6. 135, 1, 3, 4. 142, 13. III, 13, 4. V, 26, 2. VII, 16, 4. VIII, 20, 10, 16. devávîtaye I, 12, 9. II, 23, 7. III, 21, 2. IX, 46, 1. arishṭátâtaye X, 60, 8. devátâtaye VIII, 49, 10. sarvátâtaye IX, 96, 4. práçastaye I, 21, 3. 23, 19. 74, 6. 174, 4. IV, 56, 5. VIII, 12, 15. svastáye I, 1, 9. 22, 12. 35, 1. 89, 5. 97, 8. II, 2, 6. III, 10, 8. 30, 18. IV, 31, 11. V, 28, 2. VI, 15, 18. VII, 39, 2. VIII, 31, 11. X, 63, 8—14. ishṭáye I, 113, 5, 6. I, 30, 12. 57, 2. 112, 1, 2. 129, 4. V, 44, 4. 72, 3. 74, 3. VI, 70, 4. X, 70, 11. abhíshṭaye I, 129, 1. VIII, 27, 13. vásyaïshṭaye I, 25, 4. 176, 1. nṛitáye X, 18, 3: agâma nṛitáye hásâya, eamus saltatum, risum. jûtáye I, 127, 2 = SV. II, 1164. dhîtáye I, 41, 5. prátîtaye I, 36, 20. prátûrtaye I, 129, 2. râtáye V, 10, 6. sumatáye I, 158, 2. ityaí (iti) I, 124, 1. I, 113, 6. ájîtaye, áhataye IX, 96, 4.

His vedicis substantivis adiungamus necesse est bactrica substantiva in *ti* exeuntia, quorum dativi imprimis inter infinitivos referendi sunt, veluti anuktéê y. 19, 79, anumatéê yt. 5, 18: yatha azem hacayêni zarathustrem anumatéê daênayâo, ut convertam Zoroastrem ad legibus obtemperationem, anvarstéê y. 19, 79. aiwistéê yt. 13, 67. apagatéê yt. 13, 35. apañharstéê vd. 5, 78. apayatéê yt. 1, 24. avahistéê vd. 8, 282. açrustéê yt. 2, 12. upashitéê yt. 13, 30. keretéê yt. 10, 109. qaretéê y. 9, 7. gaoyaotéê yt. 10, 112. zazâitéê yt. 5, 34. 9, 14. 15, 24. zarazdâtayaêca vsp. 18, 7. (zarazdâiti; terminationem éê, quam ex ayê contractam esse cognatae linguae demonstrent, si particula *ca* addatur, ad formam primitivam redire itaque propius accedere ad vedicas illas formas Spiegelius docet gr. bactr. §. 24, 65.) duzhberetéê y. 1, 24. nizhberetéê y. 60, 16. nizhberetayaêca yt. 60, 5. nipâtayaêca y. 57, 5. yt. 5, 6. nisañharetayaêca y. 57, 5. 70, 54, 55. yt. 5, 6. paitieretéê yt. 8, 39. paititaretayaêca y. 17, 47. paitistâtéê vd. 20, 13. paityâçtayaêca vsp. 18, 7. parakañtayaêca (parakañti) vd. 6, 10: yêzi vaçen aêtê mazdayaçna zãm raodhayãn hikhtayaêca karstayaêca parakañtayaêca, si Mazday. terram irrigare volunt ad humectandum (que) ad arandum (que) ad fodiendum (que). fraokhtayaêca vsp. 18, 8. fra-

meretayaêca vsp. 18, 8. fraçaçtayaêca y. 3, 69. fraçnatéê vd. 8, 279. mazdâtayaêca vsp. 18, 7. ratufritayaêca vsp. 6, 4. vîkañtéê vd. 7, 128, quo loco Spiegelius scribi mavult vîkañti, quod sit verbum finitum relativo omisso; cf. comment. p. 222. gramm. bactr. p. 314. hamiçtéê y. 60, 18. hikhtayaêca vd. 6, 10. huframaretayaêca vsp. 10, 12. hãmçtâtéê yt. 13, 39. ||

Substantiva sanscr. in *i* finita: âbhogáye I, 113, 5. isháye (dativ. subst. f. ish III, cum forma ishi non extet) VI, 52, 15. dṛiçáye V, 80, 5: ūrdhvéva snâtī dṛiçáye no asthât, (aurora) surgit veluti mulier quae lavatur, ut nos cernere possimus, proprie ‚ad videndum nobis'. (cf. Delbrueck. l. l. p. 12.) II, 24, 8. V, 80, 5. VI, 9, 5. 44, 8. VII, 35, 5. 88, 2. IX, 91, 6. X, 14, 12. tujáye V, 46, 7. maháye = mahé (√mah 1) X, 65, 3. yudhâye V, 30, 4, 9. X, 38, 3. X, 27, 2. 48, 6. 84, 4. 113, 3. sanâye I, 116, 12. 116, 21. 124, 7. I, 30, 16. 31, 8. VII, 79, 5. IX, 92, 1. Commemoro hoc loco etiam dativos dhiyé I, 111, 4, çriyé I, 81, 4 = SV. I, 423; IX, 102, 4 = SV. I, 101; IX, 104, 1 = SV. I, 568 = II, 507 et râyé I, 10, 6. I, 5, 3. 17, 3. 54, 11. 73, 8. 84, 17. 113, 5. 116, 9. 142, 10. III, 15, 3. 19, 1, quorum alter a substantivo raí, alteri a substantivis dhī, çrī derivantur.

Substantiva sanscr. in *a* finita: dábhâya VII, 91, 2: ná dábhâya gopā, custos falli non potest, proprie: non est fallendo V, 44, 2. IX, 73, 8. ucáthâya (ucátha n.) I, 110, 1. gopîthāya I, 19, 1. yajáthâya V, 11, 2 = SV. II, 259. V, 1, 2 = SV. II, 1097. mádâya I, 30, 3. 37, 15. 81, 1. 104, 9. 117, 1. 130, 2. 135, 1, 5. III, 32, 2. IV, 27, 5. IV, 34, 4. IX, 106, 8 = SV. II, 677. ráṇâya I, 61, 6, 9. 116, 21. járâya I, 164, 11 (√jar, senescere). dákshâya I, 111, 2. târâya II, 13, 12. VIII, 85, 1. sármâya I, 80, 5: apáḥ sármâya codáyan, aquas ad manandum incitans. çárdhâya IX, 104, 3. vājâya VI, 17, 14. IX, 110, 7. I, 27, 11. vápushâya (vápusha, n.) = vápushe III, 2, 15.

Substantiva sanscr. in *â* finita: carāyai VII, 77, 1: viçvaṃ jîvám prasuvántî carāyai, omnia animalia incitans ad mobilitatem (Delbr. p. 6) jarāyai (√jar, vocare) I, 38, 13. sûnṛítâyai (subst. sûnṛítâ) I, 121, 14. His addo nonnulla substantiva alia aliis suffixis formata, ut dânāya I, 55, 7: dânāya mánaḥ somapâvann astu te, ad dandum mens tua, libaminis potor, versa esto! cf. I, 48, 4. 112, 2. II, 13, 13. VIII, 50, 8. IX, 81, 1. dhánâya I, 100, 8. 104, 7. indriyāya (subst. n. indriyá, potentia) X, 116, 1. suvitāya (suvitá, n.) I, 118, 10. X, 66, 3. dyumnāya VI, 60, 11 = SV. II, 500. sumnāya V, 24, 4 = SV. II, 459. X, 140, 6. yajnāya I, 111, 2. III, 39, 8. jīvanâya X, 161, 1. bhójanâya V, 83, 10. kshatrāya I, 113, 6. jaítrâya (jaítra, n.) VIII, 15, 13. IX, 111, 3. vîryāya III, 32, 5. amṛítâya IX, 106, 8. caráthâya IV, 36, 3. mṛiḷîkāya I, 25.

3, 5. sâmrâjyâya I, 25, 10. sakhyâya I, 101, 1. dasyuhatyâya I, 51, 6 (subst. n. dasyúhatya). dharúṇâya X, 60, 8. râdhodéyâya IV, 51, 3. VIII, 4, 4. vṛitrahátyâya (subst. n. vṛitrahátya) VIII, 78, 5 = SV. II, 779. X, 55, 7 = SV. II, 1134. çatáçâradâya VII, 101, 6.

Bactricae linguae exempla sunt haec: aiwyâkhsthrâica (aiwyâkhsthra, n.) y. 57, 5. 70, 55. yt. 5, 6. afrapatâi (afrapata) yt. 19, 50: nôiṭ apaya afrapatâi zãm paiti ahuradhátâm, te tenebo, ne amplius cadere possis in terram ab Ahura creatam; amâi (ama) vsp. 10, 17. ashavaçtâi (ashavaçta, m.) yt. 10, 5. îzhâi (îzha) y. 40, 8 dâidî neräç .....dareghâi îzhaî, fac, ut viri diu valeant, proprie: da viros longo robori; uzraocayâi (uzraoca √ruc) yt. 19, 48. uzvarezâi (uzvareza) vsp. 23, 9. ûthâi (ûtha) y. 45, 3. qarethâi (qaretha) y. 34, 11. khshvidhâeca (khshvîdha) y. 67, 4. jayâi (jaya √ji)) vd. 18, 12; cf. Spieg. comment. p. 378. zaoshâica (zaosha √zush) yt. 13, 33. zaradhaghnyâi vd. I, 57. comment. p. 39. zyânâi (zyâna) y. 64, 44. zyânayaêca (zyâni) y, 13, 8. takâi (taka √tak) yt. 13, 78. thrâthrâi yt. 13, 10. darethrâi (darethra √dar) yt. I, 44: ushi ahurahê mazdâo yazamaidê darethrâi mãthrahê çpeñtahê, spiritum Ahurae Mazdae praedicamus, ut mente comprehendamus Manthram çpentam. paithyaêca (paithya) y. 52, 4. fradathâi (fradatha) yt. 17, 17. fradhathaêca (loc. voc. fradhâtha) yt. 13, 68. framainyâi (framainyâ) yt. 16, 3. fravâkâi (fravâka) yt. 16, 3. yt. 1, 44. fraçaçtâi yt. 16, 3. frashavakhshyâi y. 59, 7. baêshazâi y. 10, 22. vd. 7, 94. baêshazyâi yt. 10, 5. barethrê (barethra) loc. pro dat. vd. 2, 36, comment. p. 61. berethê (beretha) loc. pro dat. vd. 3, 89, comment. p. 97. magâi (maga) y. 50, 11. madhâi (madha) y. 11, 26. marethrâi (marethra √mar) yt. 1, 44. marzhdikâi (marzhdika, n.) yt. 10, 5. mahrkathâi (mahrkatha) yt. 8, 44. rafedhrâi (rafedhra) y. 28, 3. varedathâica (varedatha) y. 67, 5. vahmâica (vahma) vd. 16, 23. vahmâi y. 45, 10. vîdôithrê loc. (vîdôithra) y. 10, 82. verezénâi (verezéna) y. 48, 7. verethraghnâi yt. 24, 37. 10, 5. veredhâtaêca loc. (veredhâta) yt. 13, 68. çaokâi (caoka √çu) yt. 16, 3. çadhayaca loc. (çadha) vd. 2, 132. çûkâi (çûka) y. 67, 9. çãçtrâi (çãçtra √çãç) y. 45, 3, quo loco Spiegelius scripsit çaçtrâ, acc. plur.; çnathâi (çnatha) vd. 9, 36, 37, 38, 39. y. 64, 45. çuyê (çva √çu) y. 48, 9. skyaothanâi (skyaothna) y. 34, 5. hakhedhrâi (hakhedhra) yt. 10, 79. hazañraghnâi (hazañraghna) vd. 7, 137. harethrâi (harethra) y. 54, 17. 57, 5. 70, 55. yt. 5, 6. vd. 13, 108. havañhâi (havañha) yt. 24, 32. 10, 5. y. 11, 26; 15, 2. 67, 10. hurunyâica (hurunya) y. 67, 5; huvakhshâi (huvakhsha) vd. 4, 12.

Omnes hos infinitivos, quos ex Ṛigveda et Zend-Avesta adhuc attuli, eis fortasse exceptis, qui in -tavaí exeunt, neque forma neque sensu a da-

tivis substantivorum differre ex tanta exemplorum nube satis probasse mihi videor. Aliud vero infinitivorum genus idque a ceteris diversum restat, quod ne praeteream res ipsa suadet. Reperiuntur enim in Ṛigvedae hymnis aliquot infinitivi suffixis -dhyai, -adhyai formati, quae suffixa singulis radicibus ita agglutinantur, ut eis, quae in praesenti tempore in *a* desinunt, suffixum dhyai addatur, eis, quae vocalem intermediam non admittunt, suff. adhyai adiungatur. Neque vero solum id in themate praesentis temporis fit, sed etiam ad aoristum et verbi formam intensivam quae dicitur pertinet. Hac igitur ratione a praesentis themate píba- (√pâ) píba-dhyai, a praes. themate mâdáya- (√mad) mâdayá-dhyai, a praes. themate stav- (√stu) stav-ádhyai, ab aoristi themate huva- (√hu) huvá-dhyai, a themate formae intensivae vâvṛidh- (√vardh) vâvṛidh-ádhyai infinitivi formantur. cf. Schleich. l. l. p. 446, 447. Benf. §. 917, IX. Bopp. l. l. III, 266 sqq., 330 sqq. Illa autem suffixa unde originem duxerint si quaerimus dativi gen. fem. videntur esse suffixorum -dhi, -adhi, quae ipsa a radice dhâ (facere) facillime derivari posse censeo, si meminerimus eandem radicem in lingua et graeca et latina cum verbi et radicibus et thematis haud raro coaluisse (*πρή-θω, ἔσχεθ-ον,* ten-di-t, fen-di-t Schleich. p. 813, 774 adn. 1. Curt. etym. graec. ed. II, p. 62).

Iam vero eiusmodi infinitivos quotquot in Ṛigveda sunt enumeremus: iyádhyai VI, 20, 8. ishádhyai VII, 43, 1. ishayádhyai I, 183, 3. VI, 49, 5. VI, 64, 4. irádhyai, quem infinitivum Rothius in lex. Petrop. s. v. iradh mavult referre ad eam vocem, quae sit insolita intensivi forma radicis râdh, quam ad rad. îr, ut irádhyai sit decurtata forma pro iradhádhyai I, 134, 2: yád dha krâṇâ irádhyai dákshaṃ sácanta ûtáyaḥ, quae verba Rothius sic vertit ‚si parata (libamina) ad te conciliandum (utilia sunt), vota in voluntatem tuam vim exercent'. îrayádhyai IV, 2, 1. ksháradhyai I, 63, 8. gámadhyai I, 154, 6. carádhyai I, 61, 12. prati-jarádhyai VII, 67, 1. pari-tañsayádhyai I, 173, 7. VI, 22, 7. tarádhyai IX, 110, 1 = SV. I, 428. II, 714. duhádhyai X, 61, 17. dhiyádhyai VII, 34, 24. nâçayádhyai VIII, 86, 14. píbadhyai I, 88, 4. III, 32, 15. IV, 27, 5. VI, 44, 14. VII, 92, 2. IX, 97, 20. pṛiṇádhyai (√par 1) VI, 67, 7. bháradhyai VI, 66, 3. 67, 4. mandádhyai IV, 16, 2. mandayádhyai IV, 29, 3. mâdayádhyai I, 167, 1. VI, 19, 6. 22, 3. 60, 13. yájadhyai (= *ἅζ-ε-σθαι*) III, 1, 1. 4, 3. IV, 21, 5. 24, 5. VI, 11, 3. 12, 1, 2. 15, 15. VI, 49, 2. 68, 1. VII, 2, 7. VIII, 39, 1: yajádhyai (mutatus accentus notandus est). X, 61, 15. 110, 7. rishayádhyai I, 129, 8. vandádhyai I, 27, 1. 61, 5. III, 4, 3. vartayádhyai V, 43, 2. vâvṛidhádhyai I, 61, 3. 122, 2. VI, 67, 1. X, 99, 1. váhadhyai X, 22, 5. vâjayádhyai IV, 29, 3. vṛijádhyai III, 31, 17. çayádhyai II, 17, 6. VI, 62, 3. çucádhyai IV, 2, 1. sacádhyai I, 167, 5. sáhadhyai VI,

1, 1. VII, 31, 12. **stavádhyai** VII, 37, 1, 8. **syandayádhyai** IV, 22, 7. **huvádhyai** I, 122, 4, 5. V, 41, 3. 43, 8. 45, 4. **â-huvádhyai** VI, 60, 13. Denique in scholiis ad Pâṇ. VI, 3, 113 commemoratur **sâḍhyai**, infinitivus radicis **sah**, in qua unica forma suffixum *dhyai* nulla vocali interposita radici additum est.

Vedicis his infinitivis nonnullae bactricae linguae formae in **dhyâi** desinentes respondent, quas Spiegelius esse adiectiva verbalia existimat, cf. gramm. p. 261; comm. in vend. II, 58, p. 67. Sic exhibetur **vazaidhyâi** (√vaz) y. 15, 28. vd. II, 58. **çrâvayêidhyâi** (√çru) yt. 24, 26. **vereñdyâi** (√var) vsp. 5, 4: **frâ gave vereñdyâi**, ad boves tutandos; **âfryêidhyâi** (verbum de nom. subst. **âfri**) y. 70, 62. Atqui in antiquiore Gâtharum dialecto, qua imprimis metricae Avestae partes conscriptae sunt, praeter alias infinitivi formas ea est usitatissima, quae in **dyâi** exit et sensu participii fut. pass. interdum adhibetur (Spieg. gr. p. 392) aeque ac vedici illi infinitivi **ati-kráme**, **â-dábhe** etc., quibus Pâṇinis ipse vim et potestatem part. fut. pass. III, 4, 14 tribuit. Atque exempla adnotavi haec: **âzhdyâi** (√az) y. 50, 17. **uziredyâi** (√ir + uç) y. 42, 12. 42, 14: **uziredyâi azém çaredanâo çéñhahyâ** (capita) excitaturus sum ad doctrinam divulgandam; **jidyâi** (√ji) y. 32, 14, quo loco Spieg. legit **jaidyâi** (√jan). **thrâyôidyâi** (√thrâ) y. 34, 5. **thrâyôidyâi** (thrâya, triplex + **dyâi**, inf. rad. **dâ**) y. 11, 24, ubi simul **méñdaidyâi** et **haptazhdyâi** leguntur; cf. Spieg. gr. p. 369 et Justii lex. s. v. || **deredyâi** (√dar) y. 42, 1: **ashem deredyâi**, ut puritatem obtineam. **dazdyâi** (√dâ) y. 43, 1. **daidyâi** y. 50, 20. **diwzhaidyâi** (√diwzh), in quo vocabulo solo inter radicem et infinitivi terminationem vocalem *a* interpositam videmus, cf. Spieg. gr. p. 392, y. 44, 4: **nôiṭ diwzhaidyâi ahurô**, non est fallendus Ahura || **bûzhdyâi** (√bû) y. 43, 17. **mereñgaidyâi** y. 45, 11 et **merãzhdyâi** (√mareñc) y. 43, 14. **verezidyâi** (√varez, interposita voc. *i*, in qua signum passivi apparere Spieg. credit) y. 33, 6. 42, 11. || **vôizhdyâi** (√vid) y. 42, 13. **çazdyâi** (√çañh) y. 30, 2. 50, 16. **çûidyâi** (√çu) y. 48, 3. 43, 2. **çrûidyâi** (√çru) y. 34, 12. **fraçrûidyâi** y. 45, 13. **vîcidyâi** (√ci + vi) y. 31, 5: **taṭ môi vîcidyâi vaocâ**, hoc mihi, ut discernam, nuntia, y. 48, 6. **vaêdyâi** (√vid).

Ad eundem vedicum dativum pertinet Graecorum suffixum *-σθαι*, quo infinitivi verbi medii formantur. Hanc enim veram esse suffixi formam, non *-εσθαι*, ut nonnullis visum est, ex infinitivo perfecti med. cognoscitur. Sed graecum suffixum eo a vedico **-dhyai** abhorrere videtur, quod cum littera *y* careat, auctum est littera *σ*. Quod quid significet non satis liquet. Ac fuerunt, qui cum **-asdhyai**, *-εσθαι* primigenias suffixi formas esse contenderent, illud *σ* residuum esse radicis **as**, *ες* censerent, quo in numero habendus est Benfeyus, qui praeterea suff. vedicum ex dativi terminatione

ai, quae tribus radicibus iunctis as + dhâ + yâ esset adiecta, in unum quasi corpus coaluisse dixit gr. m. §. 919 IX, cuius sententiam L. Meyerus in dissertatione de inf. homer. Gotting. 1855 probare videtur. Kuhnius quoque similem explicandi rationem sequitur, cum ann. XV, p. 307 de origine suffixi vedici hisce verbis iudicat: 'bei der bekannten aspirirenden kraft des *s* konnte sich aus asti f. im sanskrit leicht asthi entwickeln, welches im dativ als infinitivsuffix verwandt asthyâi, daraus *asdhyâi u. *adhyâi ergab.' Aliam eius rei explicandae rationem iniit Boppius, qui III, p. 328 sqq. ex pronomine reflexivo, quo vera vis verbi passivi sive medii contineatur, litteram *σ* reliquam esse iudicat, in medio tamen relinquit, utrum reflexivum temporum themati verbi primarii an verbo auxiliari quod sit *θη* = dhâ, adiunctum sit. Quam Boppi sententiam probat M. Muellerus in Kuhni ann. XV, 219 sqq., sed tamen ita, ut litteram *σ* infinitivi graeci *ψεύδεσθαι*, quo exemplo utitur, ad nomen verbale pertinere contendat. Itaque in forma *ψεύδεσ-θαι* pariter atque in vedica forma vâyas-dhaí dativum radicis dhâ et nomen verbale in litteram *σ* desinens esse distinguendum. Quod ut statueret, duobus potissimum Ṛigvedae locis permotus est, ubi dativum sive infinitivum vayaḥ-dhaí, quocum parâdaí comparat, repperit et ṚV. X, 55, 1: dûré tát nãma gúhyam parâcaíḥ yát tvâ bhîté áhvayetâm vayaḥ-dhaí, procul absit nomen occultandum, quo (caelum et terra) timide te vocabant ad prosperitatem (praebendam) et X, 67, 11: satyãm âçísham kṛiṇuta vayaḥ-dhaí, veras reddite preces prosperitatis nostrae causa, h. e. detis ea quae precamur, vitam et divitias. At in Aufrechti editione Ṛigvedae exhibetur illis locis vayodhaíḥ, quam formam contra optimorum codicum auctoritatem in textum receptam esse Muellerus affirmat, in lexico Petrop. extat vayodhaí. Ut dicam, quod sentio, Muellerum rem ista ratione expedivisse non crediderim. Nam praeterquam quod forma vayas-dhaí non prorsus explorata videtur, quomodo hac una forma infinitivi graeci qui variorum temporum sunt, ut *βεβουλεῦσθαι, βουλεύσασθαι, βουλεύσεσθαι* explicari possint, equidem non intellego. Res sane perdifficilis ac perobscura est et haud scio an nunquam diiudicari possit. Quaeritur enim hoc loco, utrum illud *σ* iam inde antiquitus traditum et a Graecis quidem servatum sit, sed oblitteratum in Indorum et Bactrorum linguis an a Graecis inventum additumque sit, ut quae iactura facta esset amissa *y* littera quodammodo resarciretur. Neque vero verisimile non est id quod Schleicherus p. 447 conicit ex similitudine quarundam verbi medii formarum, in quibus litterae *σθ* (*-σθε, -σθον, -σθην, -σθων*) apparent, originem illius *σ* esse repetendam, praesertim cum *σ* litteris dentalibus iunctum saepenumero inveniatur in graeca lingua. Similiter autem ac vedicum illud -dhyai suffixum graecum *-σθαι* ad varia temporum themata accedere potest, veluti ad praesentis thema: *φέρε-σθαι* = bhára-dhyai, *ἔχε-σθαι* = sáha-dhyai, ad aoristi thema: *θέ-σθαι, δό-σθαι,*

ad fut.: *λείψε-σθαι*. ad perf.: *λελεῖφθαι* = *λελειπ-σθαι*. Denique qui in nonnullis aoristi et perfecti infinitivis, qui apud Homerum leguntur, litteram σ excidisse animadvertimus, ut in aoristi inf. *καταλέχθαι* ο. 394. *δέχθαι*. Α. 23. 276. *ἀποδέχθαι*. Π. 93. *πέρθαι*. Π. 708. *ὄρθαι*. Θ. 474, in perfecti inf. *ἀφῖχθαι*. Ξ. 207. *ἐγρήγορθαι*. Κ. 67. *δεδέχθαι*. Δ. 83. *λελεῖφθαι*. Ω. 256. 494. *τετύχθαι*. Ο. 110. ε. 391. *κεκαλύχθαι*. ι. 331. id in tanta consonantium coacervatione euphoniae causa factum esse perspicuum est.

Postremo commemoro aliquot infinitivos in *sani* desinentes, de quibus dubitari potest. Etenim si formam per se ipsam spectamus, ad locativum pertinere, usu tamen pariter ac nonnulli infinitivi suffixo *adhyai* formati imperativi munere fungi videntur, cf. lex. Petr. s. v. bhû + abhi-pra. Sunt hi: abhi-pra-bhûshâṇi X. 132. 1: ijânâm id dyaûr gûrtâvasur ijânâ bhûmir abhí prabhûshâṇi, sacrificantem caelum iucundis bonis praeditum sacrificantem terra adiuvet; upa-striṇishâṇi (√ star) VI. 44. 6; griṇishâṇi (√ gar) VI. 15. 6; VIII. 12. 19. tarishâṇi IV, 37, 7. V. 10, 6 neshâṇi (√ nî 1) X. 126. 3. parshâṇi (√ par 2) X. 126. 3. Praeter hos Ludwigius p. 12, ubi de locativis agit, qui usu dativis respondeant, profert çûshâṇi X. 93. 1 et sakshâṇi X. 32. 1. Neque vero intellegere possum quo iure attulerit pupûtâni X. 132. 6, formam illam admodum dubiam et fortasse vitiosam (cf. lex. Petr. s. v. pût 2), ex qua persicos infinitivos in tanaiy finitos repetendos esse p. 14. 59 censet. Ac ne râjâni quidem quod legitur X, 49, 4: ahám bhuvaṃ yâjamânasya râjâni, infinitivum esse existimo. Illo enim loco, quo Ludwigius p. 54 vertit 'ich ward des opfernden zum herrschen', magis mihi probatur sententia Rothi, qui sic vertit in lex. Petr. s. v. râján: 'ich bin unter der Leitung d. h. ich folge dem Willen des Frommen.'

Cap. II.

De infinitivi usu.

Ex eis, quae supra exposuimus, cum longe maximam infinitivorum partem dativo attribuendam esse satis appareat, ab hoc potissimum casu nunc ubi in infinitivi usum ratione et via inquisituri sumus, nos incipere ac deinde reliquos casus qui quidem huc pertineant enarrare videtur esse consentaneum. Iam Delbrueckius in commentatione de dativo vedico Kuhni annalibus XVIII, 81—106 inserta demonstravit significationem inclinationis aliquo directae, ut ita dicam, dativi vedici esse primigeniam.*) Quae vis cernitur eis locis, quibus dativus coniunctus est cum verbis eundi (√i + pra, √gam), fluendi (√dhâv), appetendi (√yâ + pra, √sparh, √ishudy), promovendi (√tarsh, √sarj + ava, √ish, √cud, √jû, √îr, √hi, √tar + pra), mittendi (√as, √sarj, √ish), incitandi (√su + pra, √mad), adducendi (√vah, √nî + â, √vart + â), afferendi (√bhar), se inclinandi (√nam, √yam), audiendi = aures praebendi, oboediendi, (√çru), accrescendi (√vaksh), tendendi (√sarj + pra), dandi (√dâ, √dhâ), credendi (√dhâ + çrát), donandi (√yam, √van, √var + vi, √ciksh, √manh, √bhaj + vi), sacrificandi (√sic, √vidh, √râ, √su, √hu, √dâç), subiciendi, permittendi (√râ, √hâ, √dâ + parâ, √randh, √star, √ric), ostendendi (âvír + √kar, âvír + √bhû, √cit), loquendi (√vac, √ah, √brû), animadvertendi (√budh, √cit, √man), favendi (√marḍ), patrocinandi (√sûd, √sidh), irascendi (√har).

Ex ingenti exemplorum numero nonnulla proponam: ṚV. I, 154, 3: prá víshṇave çûshám etu mánma girikshíta urugâyā̂ya vṛíshṇe, ad Vishṇuem preces nostrae efficaces eant, in montibus habitantem, longe dominantem, pluvium. IX, 96, 20: átyo ná sṛítvâ sanáye dhánânâm, velut equus iens ad divitiarum acquisitionem. || I, 39, 7: gántâ nûnáṃ nó' vasâ yáthâ purétthā̂ káṇvâya, veniatis nunc ad nos cum auxilio ut antea ad Kaṇvam. IX, 33, 3: sómâ arshanti víshṇave, somae eunt ad Vishṇuem, cf. IX, 34, 2; 62, 27. Etiam posterioris aetatis lingua scr. huius usus exempla praebet, quamvis rariora sint: MBh. II, 2613: vanâya pravavrajuḥ, ad silvam progressi sunt; grâmâya, nâçâya V, 2605. III, 10076: âçra-

*) Apud Pâṇinim II, 3, 13 dativus voce saṃpradâna (donatio) designatur. Cf. Boehtlingki comment. ad Pâṇ. II, pag. 67.

1, 1. VII, 31, 12. stavádhyai VII, 37, 1, 8. syandayádhyai IV, 22, 7. huvádhyai I, 122, 4, 5. V, 41, 3. 43, 8. 45, 4. â-huvádhyai VI, 60, 13. Denique in scholiis ad Pâṇ. VI, 3, 113 commemoratur sâḍhyai, infinitivus radicis sah, in qua unica forma suffixum *dhyai* nulla vocali interposita radici additum est.

Vedicis his infinitivis nonnullae bactricae linguae formae in **dhyâi** desinentes respondent, quas Spiegelius esse adiectiva verbalia existimat, cf. gramm. p. 261; comm. in vend. II, 58, p. 67. Sic exhibetur vazaidhyâi (√vaz) y. 15, 28. vd. II, 58. çrâvayêidhyâi (√çru) yt. 24, 26. vereñdyâi (√var) vsp. 5, 4: frâ gave vereñdyâi, ad boves tutandos; âfryêidhyâi (verbum de nom. subst. âfri) y. 70, 62. Atqui in antiquiore Gâtharum dialecto, qua imprimis metricae Avestae partes conscriptae sunt, praeter alias infinitivi formas ea est usitatissima, quae in dyâi exit et sensu participii fut. pass. interdum adhibetur (Spieg. gr. p. 392) aeque ac vedici illi infinitivi ati-kráme, â-dábhe etc., quibus Pâṇinis ipse vim et potestatem part. fut. pass. III, 4, 14 tribuit. Atque exempla adnotavi haec: âzhdyâi (√az) y. 50, 17. uziredyâi (√ir + uç) y. 42, 12. 42, 14: uziredyâi azém çaredanâo çéñhahyâ (capita) excitaturus sum ad doctrinam divulgandam; jidyâi (√ji) y. 32, 14, quo loco Spieg. legit jaidyâi (√jan). thrâyôidyâi (√thrâ) y. 34, 5. thrâyôidyâi (thrâya, triplex + dyâi, inf. rad. dâ) y. 11, 24, ubi simul méñdaidyâi et haptazhdyâi leguntur; cf. Spieg. gr. p. 369 et Justii lex. s. v. || deredyâi (√dar) y. 42, 1: ashem deredyâi, ut puritatem obtineam. dazdyâi (√dâ) y. 43, 1. daidyâi y. 50, 20. diwzhaidyâi (√diwzh), in quo vocabulo solo inter radicem et infinitivi terminationem vocalem *a* interpositam videmus, cf. Spieg. gr. p. 392, y. 44, 4: nôiṭ diwzhaidyâi ahurô, non est fallendus Ahura || bûzhdyâi (√bû) y. 43, 17. mereñgaidyâi y. 45, 11 et merăzhdyâi (√mareñc) y. 43, 14. verezidyâi (√varez, interposita voc. *i*, in qua signum passivi apparere Spieg. credit) y. 33, 6. 42, 11. || vôizhdyâi (√vid) y. 42, 13. çazdyâi (√çañh) y. 30, 2. 50, 16. çûidyâi (√çu) y. 48, 3. 43, 2. çrûidyâi (√çru) y. 34, 12. fraçrûidyâi y. 45, 13. vîcidyâi (√ci + vi) y. 31, 5: taṭ môi vîcidyâi vaocâ, hoc mihi, ut discernam, nuntia, y. 48, 6. vaêdyâi (√vid).

Ad eundem vedicum dativum pertinet Graecorum suffixum *-σθαι,* quo infinitivi verbi medii formantur. Hanc enim veram esse suffixi formam, non *-εσθαι,* ut nonnullis visum est, ex infinitivo perfecti med. cognoscitur. Sed graecum suffixum eo a vedico -dhyai abhorrere videtur, quod cum littera *y* careat, auctum est littera *σ*. Quod quid significet non satis liquet. Ac fuerunt, qui cum -asdhyai, *-εσθαι* primigenias suffixi formas esse contenderent, illud *σ* residuum esse radicis as, *ες* censerent, quo in numero habendus est Benfeyus, qui praeterea suff. vedicum ex dativi terminatione

ai, quae tribus radicibus iunctis as + dhâ + yâ esset adiecta, in unum quasi corpus coaluisse dixit gr. m. §. 919 IX, cuius sententiam L. Meyerus in dissertatione de inf. homer. Gotting. 1855 probare videtur. Kuhnius quoque similem explicandi rationem sequitur, cum ann. XV, p. 307 de origine suffixi vedici hisce verbis iudicat: 'bei der bekannten aspirirenden kraft des *s* konnte sich aus asti f. im sanskrit leicht asthi entwickeln, welches im dativ als infinitivsuffix verwandt asthyâi, daraus *asdhyâi u. *adhyâi ergab.' Aliam eius rei explicandae rationem iniit Boppius, qui III, p. 328 sqq. ex pronomine reflexivo, quo vera vis verbi passivi sive medii contineatur, litteram *σ* reliquam esse iudicat, in medio tamen relinquit, utrum reflexivum temporum themati verbi primarii an verbo auxiliari quod sit *θη* = dhâ, adiunctum sit. Quam Boppi sententiam probat M. Muellerus in Kuhni ann. XV, 219 sqq., sed tamen ita, ut litteram *σ* infinitivi graeci *ψεύδεσθαι*, quo exemplo utitur, ad nomen verbale pertinere contendat. Itaque in forma *ψεύδεσ-θαι* pariter atque in vedica forma vâyas-dhaí dativum radicis dhâ et nomen verbale in litteram *σ* desinens esse distinguendum. Quod ut statueret, duobus potissimum Ṛigvedae locis permotus est, ubi dativum sive infinitivum vayaḥ-dhaí, quocum parâdaí comparat, repperit et ṚV. X, 55, 1: dûré tát nãma gúhyam parâcaíḥ yát tvâ bhîté áhvayetâm vayaḥ-dhaí, procul absit nomen occultandum, quo (caelum et terra) timide te vocabant ad prosperitatem (praebendam) et X, 67, 11: satyãm âçísham kṛiṇuta vayaḥ-dhaí, veras reddite preces prosperitatis nostrae causa, h. e. detis ea quae precamur, vitam et divitias. At in Aufrechti editione Ṛigvedae exhibetur illis locis vayodhaíḥ, quam formam contra optimorum codicum auctoritatem in textum receptam esse Muellerus affirmat, in lexico Petrop. extat vayodhaí. Ut dicam, quod sentio, Muellerum rem ista ratione expedivisse non crediderim. Nam praeterquam quod forma vayas-dhaí non prorsus explorata videtur, quomodo hac una forma infinitivi graeci qui variorum temporum sunt, ut *βεβουλεῦσθαι, βουλεύσασθαι, βουλεύσεσθαι* explicari possint, equidem non intellego. Res sane perdifficilis ac perobscura est et haud scio an nunquam diiudicari possit. Quaeritur enim hoc loco, utrum illud *σ* iam inde antiquitus traditum et a Graecis quidem servatum sit, sed oblitteratum in Indorum et Bactrorum linguis an a Graecis inventum additumque sit, ut quae iactura facta esset amissa *y* littera quodammodo resarciretur. Neque vero verisimile non est id quod Schleicherus p. 447 conicit ex similitudine quarundam verbi medii formarum, in quibus litterae *σθ* (*-σθε, -σθον, -σθην, -σθων*) apparent, originem illius *σ* esse repetendam, praesertim cum *σ* litteris dentalibus iunctum saepenumero inveniatur in graeca lingua. Similiter autem ac vedicum illud -dhyai suffixum graecum *-σθαι* ad varia temporum themata accedere potest, veluti ad praesentis thema: *φέρε-σθαι* = bhára-dhyai, *ἔχε-σθαι* = sáha-dhyai, ad aoristi thema: *θέ-σθαι, δό-σθαι,*

ad fut.: *δώσε-σθαι*, ad perf.: *λελεῖφθαι* = *λελειπ-σθαι*. Denique quod in nonnullis aoristi et perfecti infinitivis, qui apud Homerum leguntur, litteram *σ* excidisse animadvertimus, ut in aoristi inf. *καταλέχθαι ο*, 394. *δέχθαι*, *A*, 23, 276. *ὑποδέχθαι*, *H*, 93. *πέρθαι*, *Π*, 708. *ὄρθαι*, *Θ*, 474, in perfecti inf. *ἀφῖχθαι*, *ζ*, 297. *ἐγρηγόρθαι*, *K*, 67. *δεδιδάχθαι*, *Λ*, 831. *λελεῖφθαι*, *Ω*, 256, 494. *τετύχθαι*, *O*, 110. *α*, 391. *πεπαλάχθαι*, *ι*, 331, id in tanta consonantium coacervatione euphoniae causa factum esse perspicuum est.

Postremo commemoro aliquot infinitivos in *sani* desinentes, de quibus dubitari potest. Etenim si formam per se ipsam spectamus, ad locativum pertinere, usu tamen pariter ac nonnulli infinitivi suffixo *adhyai* formati imperativi munere fungi videntur, cf. lex. Petr. s. v. bhû + abhi-pra. Sunt hi: a b h i - p r a - b h û s h á ṇ i X, 132, 1: îjânám id dyaúr gûrtávasur îjânám bhúmir abhí prabhûsháṇi, sacrificantem caelum iucundis bonis praeditum, sacrificantem terra adiuvet; u p a - s t ṛ i ṇ î s h á ṇ i (√star) VI, 44, 6; g ṛ i ṇ i s h á ṇ i (√gar) VI, 15, 6; VIII, 12, 19. t a r î s h á ṇ i IV, 37, 7. V, 10, 6. n e s h á ṇ i (√nî 1) X, 126, 3. p a r s h á ṇ i (√par 2) X, 126, 3. Praeter hos Ludwigius p. 12, ubi de locativis agit, qui usu dativis respondeant, profert ç û s h á ṇ i X, 93, 1 et s a k s h á ṇ i X, 32, 1. Neque vero intellegere possum, quo iure attulerit p u p û t á n i X, 132, 6, formam illam admodum dubiam et fortasse vitiosam (cf. lex. Petr. s. v. pût 2), ex qua persicos infinitivos in t a n a i y finitos repetendos esse p. 14, 59 censet. Ac ne r â j á n i quidem, quod legitur X, 49, 4: ahám bhuvaṃ yájamânasya r â j á n i, infinitivum esse existimo. Illo enim loco, quo Ludwigius p. 54 vertit ‚ich ward des opfernden zum herrschen', magis mihi probatur sententia Rothi, qui sic vertit in lex. Petr. s. v. r â j á n: ‚ich bin unter der Leitung d. h. ich folge dem Willen des Frommen.'

Cap. II.

De infinitivi usu.

Ex eis, quae supra exposuimus, cum longe maximam infinitivorum partem dativo attribuendam esse satis appareat, ab hoc potissimum casu nunc ubi in infinitivi usum ratione et via inquisituri sumus, nos incipere ac deinde reliquos casus qui quidem huc pertineant enarrare videtur esse consentaneum. Iam Delbrueckius in commentatione de dativo vedico Kuhni annalibus XVIII, 81—106 inserta demonstravit significationem inclinationis aliquo directae, ut ita dicam, dativi vedici esse primigeniam.*) Quae vis cernitur eis locis, quibus dativus coniunctus est cum verbis eundi (√i + pra, √gam), fluendi (√dhâv), appetendi (√yâ + pra, √sparh, √ishudy), promovendi (√tarsh, √sarj + ava, √ish, √cud, √jû, √îr, √hi, √tar + pra), mittendi (√as, √sarj, √ish), incitandi (√su + pra, √mad), adducendi (√vah, √nî + â, √vart + â), afferendi (√bhar), se inclinandi (√nam, √yam), audiendi = aures praebendi, oboediendi, (√çru), accrescendi (√vaksh), tendendi (√sarj + pra), dandi (√dâ, √dhâ), credendi (√dhâ + çrát), donandi (√yam, √van, √var + vi, √ciksh, √maṅh, √bhaj + vi), sacrificandi (√sic, √vidh, √râ, √su, √hu, √dâç), subiciendi, permittendi (√râ, √hâ, √dâ + parâ, √randh, √star, √ric), ostendendi (âvír + √kar, âvír + √bhû, √cit), loquendi (√vac, √ah, √brû), animadvertendi (√budh, √cit, √man), favendi (√marḍ), patrocinandi (√sûd, √sidh), irascendi (√har).

Ex ingenti exemplorum numero nonnulla proponam: ṚV. I, 154, 3: prá víshṇave çûshám etu mánma girikshíta urugâyâ̆ya vṛíshṇe, ad Vishṇuem preces nostrae efficaces eant, in montibus habitantem, longe dominantem, pluvium. IX, 96, 20: átyo ná sṛ́tvâ sanáye dhánânâm, velut equus iens ad divitiarum acquisitionem. || I, 39, 7: gántâ nûnáṃ nó' vasâ yáthâ purétthâ̆ káṇvâya, veniatis nunc ad nos cum auxilio ut antea ad Kaṇvam. IX, 33, 3: sómâ arshanti víshṇave, somae eunt ad Vishṇuem, cf. IX, 34, 2; 62, 27. Etiam posterioris aetatis lingua scr. huius usus exempla praebet, quamvis rariora sint: MBh. II, 2613: vanâya pravavrajuḥ, ad silvam progressi sunt; grâmâya, nâçâya V, 2605. III, 10076: âçra-

*) Apud Pâṇinim II, 3, 13 dativus voce saṃpradâna (donatio) designatur. Cf. Boehtlingki comment. ad Pâṇ. II, pag. 67.

máya gacchâva, eamus ad sedem anachoretae. cf. Bopp. III, 259. || IX, 21, 1: eté dhâvantī̆ndavaḥ sómâ índrâya, haec libamina fluunt ad Indram IX, 109, 3. IX, 108, 1 = SV. II, 42: pávasva....índrâya soma, flue ad Indram, soma. || I, 39, 10: ṛishidvíshe marutaḥ parimanyáva íshum ná sṛijata dvísham, in eum, qui poetas odit, o Marutes, in insolentem veluti sagittam mittite osorem (cf. Muelleri ṚVS. I, p. 83.) || VII, 18, 23: ṛijrā̆so mâ pṛithivishṭhā̆ḥ sudā̆sas tokáṃ tokā̆ya çrávase vahanti, fulvi (equi) me terram quatientes Sudâsis, prolem proli ad gloriam ducunt, h. e. Sudâsis equi me et natos et qui nascuntur ab illis nobilitabunt; cf. IX, 108, 3: jánimâni amṛitatvā̆ya ghosháyaḥ, gentes ad immortalitatem evocas = SV. I, 583. II, 288. VIII, 1, 24 = SV. II, 742. VII, 86, 7: gṛítsaṃ râyé kavítaro junâti, sapientem ad divitias omnisciens adducit, sic vertit Benf. gloss. ad SV. p. 59 s. v. gṛítsaḥ, Muellerus Ess. I, 39: sapiens ad salutem ducit pios poetas. || V, 79, 1 = SV. I, 429. II, 1090: mahé no adyá bodhayósho râyé divítmatî, ad magnas nos hodie expergefac aurora divitias radiis splendens VII, 77, 1: víçvaṃ jîvám prasuvántî carā̆yai, (aurora) omnia animantia incitans ad mobilitatem || VII, 34, 18: prá râyé yantu, divitiis inhient. || V, 38, 4: asmábyaṃ nṛimṇám ā̆ bhara, nobis virtutem affer, cf. V, 6, 1 sqq. || I, 131, 1: índrâya hí dyaúr ásuro ánamnata, Indrae caelum divinum se inclinavit. || III, 33, 9: ó shú svasâraḥ kâráve çṛiṇota, sorores, poetae aures praebete! (cf. III, 33, 10: ā̆ te kâro çṛiṇavâmâ vácâṅsi yayā̆tha dûrā̆d ánasâ: ‚wir wollen horchen deiner Worte, Sänger, gekommen bist du von ferne mit Ross und Wagen.' Roth. ad litt. Ved. p. 105, cf. III, 33, 5, ubi significanter dicitur: rámadhvam me vácase somyā̆ya, ‚haltet still meiner lieblichen Rede', quam locutionem Rothius l. l. p. 103 explicat verbis: çṛiṇota ramamâṇe vacas). || I, 61, 9: ámatro vavakshe ráṇâya, fortis accrevit pugnae, i. e. ut pugnaret. || I, 39, 6: ā̆ vo yā̆mâya pṛithivī̆ cid açrod, vestro incessui vel terra oboedit, cf. I, 37, 7. || IV, 53, 4: prā̆srâg bâhū̆ bhúvanasya prajā̆bhyaḥ, tendit bracchia mundi animantibus. || I, 24, 1: kó no mahyā̆ áditaye púnar dât, quis nos magnae integritati reddit? || II, 38, 1: devébhyo ví hí dhā̆ti rátnam, deis tribuit divitias, cf. I, 44, 2 = SV. II, 1131; ṚV. I, 89, 6 = SV II, 1225. || VII, 77, 4: codáya rā̆dho gṛiṇaté, para prosperitatem canenti (laudem tuam). || X, 147, 1 = SV. I, 371: çrát te dadhâmi prathamā̆ya manyávé' han yád vṛitráṃ náryaṃ vivér apáḥ, fidem habeo primae irae tuae, cum occideres Vṛitram robustum, patefaceres aquas. || VII, 18, 24: yásya çrávo ródasî antár urvī̆ çîrshṇécîrshṇé vibabhā̆jâ vibhaktā̆, cuius gloria caelum amplum implet, (is) unicuique capiti largitus est largitor. || I, 149, 5 = SV. II, 1106: ayáṃ sá hótâ yó dvijánmâ víçvâ dadhé vā̆ryâṇi çravasyā̆ | márto yó asmai sutúko dadā̆ça, is est sacerdos, qui bis natus omnes dat res praeclaras gloriae cupiditate (ductus) mortali, qui ipsi pulchra prole praeditus sacrificat. || III, 53, 13:

viçvâmitrâ arâsata bráhméndrâya vajríṇe, Viçvamitrides obtulerunt preces Indrae fulminatori. || I, 25, 2: mâ no vadhâya hatnáve jihîḷânásya rîradhaḥ, ne nos caedi, plagae furentis, proicias, cf. VII, 94, 3 = SV. I, 268. VI, 43, 1 = SV. I, 392: yásya tyác chámbaram máde dívodâsâya randháyaḥ | ayáṃ sá sóma indra te sutáḥ píba, quo madens Çambaram Divodasae subiecisti, is soma, Indra, tibi expressus est, bibe. VIII, 3, 2; 2, 15. I, 132, 4. || I, 146, 4: âvír ebhyo abhavat sûryaḥ, eis comparebat sol. || VII, 18, 21: sûríbhyaḥ sudínâ vy ùchân, sapientibus laeti dies affulserunt. || I, 84, 19: índra brávîmi te vácaḥ, Indra, dico tibi verbum. || I, 44, 6: bodhi gṛiṇaté, animum adverte ad canentem, X, 25, 8; 85, 27. || I, 55, 7: dânâya mánaḥ somâpavann astu te, dando mens tua, libaminis potor, prona esto! I, 12, 9: yó agníṃ devávîtaye havíshmâṅ âvívâsati | tásmai pâvaka mṛiḷaya || qui Agnim ad deorum epulum sacrificans conciliat, ei, o splendens, fave. || I, 32, 13: nâsmai vidyún ná tanyatúḥ sishedha, non ei fulmen, non tonitru profuit. || VII, 104, 14: kím asmábhyaṃ jâtavedo hṛiṇîshe, cur nobis, omnium animantium sciens, irasceris? | VII, 86, 3: samânám ín me kaváyaç cid âhur ayáṃ ha túbhyaṃ váruṇo hṛiṇîte, idem mihi vates nuntiant: profecto tibi Varuṇas succenset.

Bactricae linguae sunt haec: vd. 9, 196: paççaêta ahmâi açaṅhaêca shôithraêca paiti jaçâtô, tum huic loco domicilioque accedunt, quo loco, ut syllabarum desinentium sonus esset idem, locativus shôithraêca dativum açaṅhaêca excepisse videtur, cf. Spieg. gr. §. 281. || yt. 10, 69: yêṅhê hazaṅrem vaêghanãm paiti hamerethâi jaçaiti, cuius mille ictus obviam hosti eunt. || y. 67, 4: mâvayaca zaothrê paitijamyâo, ad me, zaothra, pervenias. || y. 42, 4: hyaṭ môi hazé jimaṭ, cum ad me latro veniret. || yt. 5, 63: moshu mê zava avaṅhê, statim mihi festina auxilio. || vd. 18, 140: hazaṅrem vazyanãm aêçmanãm khraozhdvanãm hushatanãm âthrê ashaya vaṅhuya frabarôiṭ, mille vecturas lignorum durorum bene fissorum igni in puritate bona advehat, cf. Spieg. gr. §. 267. || y. 29, 5: aṭ vâo uçtânâis ahvâo zaçtâis frénemnâ ahurâi â, vobis autem sublatis manibus nos inclinamus, Ahurae, proprie: sumus nos inclinantes, cf. Rothi interpret. in ann. soc. litter. or. germ. vol. XXV, p. 11. || yt. 10, 79: yahmâi rashnus dareghâi hakhedhrâi frabavara manavaiṅtim, cui Rashnus ad longam societatem (i. e. ut diu manerent socii) domicilium protulit. || yt. 5, 8: kahmâi azem hacayêni, cui ego me adiungam? || y. 10, 22: frâ âbyô tanubyô vîçaitê baêshazâi, se horum corporibus dat ad sanandum i. e. se dat sanationi horum corporum. || yt. 13, 50: kahmâi nô taṭ dâthrem dâyâṭ, cui nostrum hoc donum det? || y. 19, 35: khshathrem ahurâi cinaçti, imperium Ahurae tradit. || y. 57, 7: nemaṅhê vîçâmaidê, precibus nos dedimus. || vd. 8, 109: nôiṭ hisku hiskvâi çraêshyêiti, non aridum arido adhaerescit. || y. 47, 6, ubi in Spiegeli editione haec leguntur: hâ zî né *ushôithemâ* hâ né utayûitîm dâṭ tevî-

shîm vaṅhéus manaṅhô *berekhdhê,* Rothius in annall. soc. litter. orient. germanic. vol. XXV. p. 225 coniecit legendum esse: hâ zî né ***hushôithmâ*** **hâ** utayûitîm dâṭ tevîshîm vaṅhéus manaṅhô *berekhdhéé,* atque vertit: 'denn sie (die Kuh) giebt uns guten Ertrag, giebt dauernde Kraft, dem Frommen zum Segen.' || yt. 8, 49: yô dadhâiti kukhshnvãnâi pourus âyaptâo, qui satisfacienti dat multa beneficia. || y. 14, 14: atha tôi dademahî atha cishmahî, sic tibi offerimus, sic impertimus. || vd. 13, 26: yô çûnê pistrem jaiñti yim paçushaurvê (locativus sequitur dativum çûnê), qui cani vulnus infligit gregem custodienti. || y. 31, 15: yé dregvâitê khshathrem hunâitî, qui malo imperium parat. || y. 13, 9: frâ manaêibyô râoṅhê vaçéyâitîm, praebeo caelestibus itionem optatam. || y. 50, 15: tâ vé.....ashâicâ çavâis civîshî, hoc cum utilitate (iunctum) vobis Ashaeque tributum est. || y. 50, 6: yé hôi nôiṭ vîdâitî, qui ei non rependit. || y. 10, 25: frâ tê vîçâi, tibi me subicio. || vd. 2, 15: azem tê vîçânê, tibi parere volo. || vd. 2, 12: yêzi mê nôiṭ vîvîçê, si mihi non obtemperas, cf. vd. 2, 8. || y. 43, 20: yâca kavâ ãnmainê urûdûyatâ, qua (vacca) Kavis vigori accreverunt, i. e. ita creverunt, ut viribus florerent. || yt. 1, 24: mâ urvathem frâyavayôis çnathâi, ne amicum permittas verberationi. || vd. 18, 109: imem tê narem niçirinaomi, (Spieg. legit niçrinaomi) hunc tibi virum trado. || y. 50, 17: berekhdhãm môi....daêdôist kehrpém, monstret mihi desideratum corpus. || vd. 1, 1: mraoṭ ahurô mazdâo çpitamâi zarathustrâi, dixit Ahura Mazda Çpitamidae Zoroastri. || vd. 19, 20: paiti ahmâi adavata, ei respondit. || y. 45, 19: çâdrâ môi çãc mashyaêshû zarazdâitis, difficilis est (proprie: difficultas), mihi dixisti, inter homines legum obtemperatio. || y. 4, 3, 4: gâthanãm çraothrem hvarestâo mãthrâo pairica dademahi âca vaêdhayamahi âaṭ dîs âvaêdhayamahi ahurâica mazdâi çraoshâica ashyâi, gatharum recitationem, bene factos manthras tradimus et nuntiamus, hos igitur nuntiamus Ahurae Mazdae, sancto Çraoshae. || yt. 8, 39: aṅro mainyus mamanus çtârãm......paitieretéê, Aṅra mainyus meditans stellarum impugnationem. || vd. 16, 8: yêzi nôiṭ nâirika âthrê vaênâṭ, si non (fit), femina ignem adspiciet (Spieg. §. 269.) || vd. 18, 57: ahmâi âtars âfrînâṭ, ei ignis benedicet. || y. 33, 13: dôishî môi, provides mihi. || y. 33, 11: marezhdâtâ môi, ignoscite mihi. ||

Eundem fere dativi usum apud Graecos et Romanos reperimus. Qui cum sit tritissimus, ut exempla afferre supersedere queam, tamen aliquot poetarum locos attingam, in quibus peculiari quodam modo dativus cum verbis movendi iunctus est. Sic leguntur apud Homerum haec: Il. *A,* 8: *τίς τ' ἄρ σφωε θεῶν ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι; Φ,* 390: *ὅθ' ὁρᾶτο θεοὺς ἔριδι ξυνιόντας* = *Υ,* 66. *X,* 129: *βέλτερον αὖτ' ἔριδι ξυνελαυνέμεν ὅττι τάχιστα. E,* 82: *αἱματόεσσα χεὶρ πεδίῳ πέσε.* Od. *ε,* 374: *ἀλὶ κάππεσε. H,* 145: *ὁ δ' ὕπτιος οὔδει ἐρείσθη* = *Λ,* 144. *M,* 192. *Ψ,*

283, 284. *H*, 187: ὅς μιν (κλῆρον) ἐπιγράψας κυνέῃ βάλε. *T*, 222: ἧς τε πλείστην μὲν καλάμην χθονὶ χαλκὸς ἔχευεν; cf. Naegelsbachi adnot. ad. Iliad. p. 6. Jacobs. Del. Epigr. VII, 32, 3: τὸν μὲν γὰρ γαίῃ προχέει κρύφα. I, 104: πολλάκις ᾠϊσάμην εἰσελάαν Ἀΐδῃ. Il. *Γ*, 441: ἀλλ' ἄγε δὴ φιλότητι τραπείομεν εὐνηθέντε. Sophocl. fragm. 678 ed. Dind. (ἡ Κύπρις) εἰσέρχεται μὲν ἰχθύων πλωτῷ γένει. Il. *Δ*, 523: ἄμφω χεῖρε φίλοις ἑτάροισι πετάσσας = *N*, 549. Theocr. idyll. 22, 65: εἷς ἑνὶ χεῖρας ἄειρον ἐναντίος ἀνδρὶ καταστάς.

Hoc dicendi genus Romanorum poetae, quos plerumque graeca exempla secutos esse constat, a Graecis repetiverunt. Imprimis commemorandus est Vergilius, cuius haec sunt: Aen. II, 85: demisere Neci = XII, 341, 513. II, 398: multos Danaum demittimus Orco = IX, 527, 785. V, 691: vel tu, quod superest, infesto fulmine morti | si mereor, demitte. cf. Hom. Il. *A*, 3: πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς Ἄϊδι προΐαψεν. Aen. IV, 699: Stygioque caput damnaverat Orco. Hor. sat. II, 5, 49: si quis casus puerum egerit Orco. Verg. eclog. II, 30: o tantum libeat..... figere cervos haedorumque gregem viridi compellere hibisco. Georg. II, 306: ingentem caelo sonitum dedit. Aen. V, 41: it clamor caelo (cf. IV, 666: it clamor ad alta atria. Sil. Ital. VI, 252: clamor ad astra datur; apud Indos locativus reperitur ṚV. VII, 83, 3: diví ghósha ā̆ruhat, ad caelum clamor ivit). II, 276: iaculatus puppibus ignis (cf. Ovid. Met. XV, 347: saxaque cum saxis et habentem semina flammae materiem iactant; Sil. Ital. XIV, 305, 306: huic (turri) procul ardentem iaculatus lampada Cimber conicit et lateri telum exitiabile figit). Verg. eclog. VIII, 101: fer cineres, Amarylli, foras rivoque fluenti transque caput iace. Aen. II, 688: caelo palmas cum voce tetendit = V, 223. Ovid. Met. IX, 210: tendentem bracchia caelo. Met. XIII, 668: illae tollentes etiamnum libera caelo bracchia (cf. XI, 726: tendensque trementes ad Ceyca manus). Met. I, 767: utraque caelo bracchia porrexit. Sil. Ital. I, 1: ordior arma, quibus caelo se gloria tollit. Verg. Aen. II, 46: aut pelago Danaum insidias suspectaque dona praecipitare iubent. Ov. Met. IV, 92: lux.....praecipitatur aquis. Aen. X, 401: Ilo namque procul validam derexerat hastam, cf. X, 521 inde Mago procul infensam contenderat hastam. Ov. Met. V, 647: semina iussit spargere humo. XII, 482: laterique recondere duro luctatur gladium (cf. Verg. Aen. X, 387: ensem tumido in pulmone recondit). Met. II, 347 = V, 122: procubuit terrae. Sil. Ital. IV, 446: fontique relabitur amnis.

Eadem fere verba, quae in Ṛigveda cum dativo coniungi supra docui, in lingua et gotica et anglosaxonica, quarum utraque syntaxi vedicae proxime accedit, eundem casum desiderant. Iam singula enumeremus:

obviam ire, appropinquare: Matth. 8, 28: gamotidedun imma tvai

daimonarjos, *ὑπήντησαν αὐτῷ δύο δαιμονιζόμενοι.* Marc. 5, 2. Luc. 17, 12. Ioh. 12, 18: iddjedun gamotjan imma managei, *ὑπήντησεν αὐτῷ ὁ ὄχλος.* Matth. 26, 69; 9, 28: duatiddjedun imma, *προςῆλθον αὐτῷ.* Marc. 2, 4: ni magandans nehva qiman imma, *μὴ δυνάμενοι προςεγγίσαι αὐτῷ.* Luc. 7, 12. cf. 15, 1; 18, 40. Ags. hë þam hûse geneâlæhte. Luc. 15, 25. ||

mittere: Ioh. 15, 26: þanei ik insandja izvis, *ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν.* (praepos. du addita est Ioh. 16, 7.). ||

iacere: Marc. 7, 27: ni goþ ist niman hlaib barne jah vairpan hundam, *οὐ καλόν ἐστι λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων καὶ βαλεῖν τοῖς κυναρίοις.* ||

ponere, apponere: Marc. 7, 32: ei lagidedi imma handau, *ἵνα ἐπιθῇ αὐτῷ τὴν χεῖρα.* Luc. 9, 16: du faurlagjan þizai managein, *παρατιθέναι τῷ ὄχλῳ.* ||

afferre: Matth. 9, 32: atberun imma, *προςήνεγκαν αὐτῷ* (Marc. 1, 32; 8, 22: berundu imma, *ἔφερον πρὸς αὐτόν.*) Ags. him lâc brohton (brachten Geschenke) Mt. 2, 11. ||

advertere: Matth. 5, 39: vandei imma jah þo anþara, *στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην.* ||

associare: Luc. 15, 15: gahaftida sik sumamma baurgjane, *ἐκολλήθη ἑνὶ τῶν πολιτῶν.* ||

audire: Marc. 7, 14: hauseiþ mis allai, *ἀκούετέ μου πάντες*; 9, 7: þamma hausjaiþ, *αὐτοῦ ἀκούετε.* Luc. 6, 18. Ioh. 9, 31. 10, 27. Ags. þâ mînum lârum hŷre. C. 105, 9. Sunu mîn, hlyst mînre lâre. Gen. 27, 8. Apud Homerum verbum *ἀκούειν* cum dativo bis iunctum est et Il. *B*, 515: *δύνασαι δὲ σὺ πάντοσ' ἀκούειν ἀνέρι κηδομένῳ* et 531: *γήθησέν τε, ὅττι οἱ ὦκ' ἤκουσε μέγας θεὸς εὐξαμένοιο,* ubi dativum *οἱ* genetivus *εὐξαμένοιο* excipit. ||

oboedire: Matth. 8, 27: hvileiks ist sa, ei jah vindos jah marei ufhausjand imma, *ποταπός ἐστιν οὗτος, ὅτι καὶ οἱ ἄνεμοι καὶ ἡ θάλασσα ὑπακούουσιν αὐτῷ*; Marc. 1, 27. Luc. 2, 51. Luc. 17, 6: andhausidedi þau izvis, *ὑπήκουσεν ἂν ὑμῖν.* ||

servire: Matth. 8, 15: andbahtida imma, *διηκόνει αὐτῷ.* Marc. 1, 13. Luc. 4, 39. Ioh. 12, 26. Matth. 6, 24: ni maguþ guþa skalkinon jah mammonin, *οὐ δύνασθε θεῷ δουλεύειν καὶ μαμωνᾷ.* Luc. 1, 74. Ioh. 8, 33. Matth. 27, 57: siponida Iesua, *ἐμαθήτευσε τῷ Ἰησοῦ.* Luc. 4, 8: imma ainamma fullafahjais, *αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις.* Ags. him ânum þu þeówest. ||

facere, satisfacere, parare: Marc. 5, 20: hvan filu gatavida imma Iesus, *ὅσα ἐποίησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς.* Marc. 9, 13. 10, 51. 14, 7. Luc. 6, 23, 26, 31, 33. 8, 39. Marc. 15, 15: viljands þizai managein fullahfahjan, *βουλόμενος τῷ ὄχλῳ τὸ ἱκανὸν ποιῆσαι.* Marc. 14, 15: manvjaiþ unsis, *ἑτοιμάσατε ἡμῖν.* Luc. 1, 17. ||

dare: Matth. 5, 42: þamma bidjandin þuk gibais, *τῷ αἰτοῦντί σε δίδου.*

6, 11. Marc. 12, 14. Luc. 4, 17. 20, 2, 25. Ags. hwaet gifst þu më, Gen. 15, 2. Commemoro hoc loco verbum kukjan, quod cum dativo coniungitur Marc. 14, 45. Luc. 7, 45. 15, 20: kukida imma, *κατεφίλησεν αὐτόν*, quamquam *φιλεῖν, καταφιλεῖν*, osculari accusativum exigunt. Hic usus ex inclinandi notione quae in eo verbo inest derivandus esse mihi videtur*) atque etiam verba tekan, attekan, tangere utique eadem causa dativo adiunguntur: Marc. 5, 30: has mis taitok vastjom, *τίς μου ἥψατο τῶν ἱματίων;* Marc. 3, 10: ei imma attaitokeina, *ἵνα αὐτοῦ ἅψωνται*. Matth. 8, 3. Luc. 5, 13. 6, 19. ||

praebere, mutuum dare: Luc. 6, 29: þamma stautandin þuk.... galevei, *τῷ τύπτοντί σε .... πάρεχε*. Luc. 6, 34: jah auk fravaurhtai fravaurhtaim leihvand, *καὶ γὰρ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἁμαρτωλοῖς δανείζουσιν*. Ags. læn më prŷ hlâfas Luc. 11, 5. ||

tribuere: Luc. 15, 12: disdailida im, *διεῖλεν αὐτοῖς*. ||

donare: Luc. 7, 21: blindaim managaim fragaf siun, *τυφλοῖς πολλοῖς ἐχαρίσατο τὸ βλέπειν*. Luc. 7, 42, 43. ||

rependere: Matth. 6, 4, 6: usgibiþ þus in bairhtein, *ἀποδώσει σοι ἐν φανερῷ* = ags. þîn fæder hyt âgylt þë. ||

communicare: Gal. 6, 6: aþþan gamainjai sa laisida vaurda þamma laisjandin in allaim godaim, *κοινωνείτω δὲ ὁ κατηχούμενος τὸν λόγον τῷ κατηχοῦντι ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς*. ||

obtingere: Luc. 2, 10: sei vairþiþ allai managein, *ἥτις ἔσται παντὶ τῷ λαῷ*. cf. Luc. 18, 9. Ioh. 15, 7. Luc. 1, 38: vairþai mis bi vaurda þeinamma, *γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου* = ags. geweörđe më æfter pînum worde. ||

tradere: Matth. 5, 25: ibai hvan atgibai puk sa andastaua stauin, *μήποτέ σε παραδῷ ὁ ἀντίδικος τῷ κριτῇ*. 26, 2: anafulhun ina Pauntiau Peilatau, *παρέδωκαν αὐτὸν Ποντίῳ Πιλάτῳ*. Luc. 18, 32. 20, 9, 20. Ioh. 5, 22, 36. 18, 30, 35. ||

permittere, prohibere: Matth. 8, 21: uslaubei mis, *ἐπίτρεψόν μοι*. Marc. 5, 13. Luc. 9, 59. Marc. 9, 39: ni varjiþ imma, *μὴ κωλύετε αὐτόν*. Luc. 9, 49. ||

remittere: Matth. 5, 40: aflet imma jah vastja, *ἄφες αὐτῷ καὶ τὸ ἱμάτιον* = ags. læt him tô pînne wæfels. 6, 12: svasve jah veis afletam þaim skulam unsaraim, *ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῖν*. Luc. 5, 20, 23. 7, 47, 48, 49. 17, 3, 4. Ags. Matth. 6, 12: forgyf ûs ûre gyltas. ||

ostendere, apparere, manifestare: Matth. 8, 4: þuk silban ataugei gudjin, *σεαυτὸν δεῖξον τῷ ἱερεῖ*. Marc. 1, 44. Luc. 4, 5. 5, 14. 17, 14. 20, 24. Ioh. 10, 32. Ags. Matth. 4, 8: he ætëowde him ealle middangeardes rîcu. Marc. 14, 15: sa izvis taikneiþ, *αὐτὸς ὑμῖν δείξει*. Matth. 6, 16: ei gasaih-

*) Cf. ea quae A. Koehlerus in Pfeiff. Germ. XI., p. 271 exposuit.

vaindau mannam = 6, 5: ὅπως ἂν φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις. **Marc. 16, 9:** ataugida frumist Marjin, ἐφάνη πρῶτον Μαρίᾳ. Matth. 27, 53: **ataugidedun** sik managaim, ἐνεφανίσθησαν πολλοῖς. Ioh. 7, 4: bairhtei **þuk silban þizai** manasedai, φανέρωσον σεαυτὸν τῷ κόσμῳ. Ioh. 14, 21, 22. **Luc. 1, 79. 5, 7:** bandvidedun gamanam, κατένευσαν τοῖς μετόχοις. 10, 21: **andhulides þo** niuklahaim, ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις. Ags. ârêce ûs þæt bigspel **Matth.** 13, 36. ||

dicere, respondere: Matth. 5, 32: qiþa izvis, λέγω ὑμῖν. Ioh. **6, 63:** rodida izvis, λαλῶ ὑμῖν. Marc. 7, 28: si andhof imma, ἀπεκρίθη αὐτῷ. **Ags.** Matth. 16, 18: ic secge þë. 26, 31: þâ sæde se Hælend. hym. **22, 46: ne** mihton hig him andswarian. ||

nuntiare: Marc. 6, 30: gataihun imma, ἀπήγγειλαν αὐτῷ. **16, 10.** Luc. 2, 26. 7, 18. 8, 20. Ioh. 16, 13. Marc. 13, 23: fauragataih izvis **allata,** προείρηκα ὑμῖν πάντα. Luc. 3, 18: þiuþspilloda managein, εὐηγγελίζετο τὸν λαόν. Luc. 4, 19: merjan frahunþanaim, κηρῦξαι τοῖς αἰχμαλώτοις. 4, 43. Ags. Marc. 5, 19: go and cŷþ heom. ||

imperare: Matth. 27, 10: svasve anabauþ mis frauja, καθὰ συνέταξέ μοι κύριος. Marc. 8, 6, 15. 9, 25. 11, 6. Luc. 8, 29. Marc. 6, 8: **faurbauþ** im, παρήγγειλεν αὐτοῖς. Luc. 8, 25, 56. Ags. Exon. 270, 12: swâ **þu** më beòdest. ||

credere, fidere: Gal. 3, 6: Abraham galaubida guþa, Ἀβραὰμ ἐπίστευσε τῷ θεῷ. Ioh. 8, 30: managai galaubidedun imma, πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτόν. Matth. 27, 42. Marc. 11, 31. Luc. 20, 5. Luc. 18, 9: **þaiei silbans** trauaidedun sis. Ags. C. 140, 7: ic eòw treòwige. ||

animadvertere, observare: Ioh. 9, 1: gaumida mann **blindamma,** εἶδεν ἄνθρωπον τυφλόν. I. Tim. 4, 13: gaumei saggva boko, πρόςεχε τῇ ἀναγνώσει. Marc. 3, 2: vitaidedun imma, παρετήρουν αὐτόν. 6, 20. ||

prospicere: Matth. 6, 25: ni maurnaiþ saivalai izvarai, μὴ μεριμνᾶτε τῇ ψυχῇ ὑμῶν. ||

patrocinari: Luc. 1, 54: hleibida Israela þiumagu seinamma, ἀντελάβετο Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ. Ioh. 17, 15: ei bairgais im faura þamma unseljin, ἵνα τηρήσῃς αὐτοὺς ἐκ τοῦ πονηροῦ. Matth. 9, 17: bajoþum gabairgada, ἀμφότεροι συντηροῦνται. ||

comiter affari, blandiri: Marc. 10, 16: gaþlaihands im, ἐγκαλισάμενος αὐτά. II. Cor. 7, 6: sa gaþlaihands hnaividaim, ὁ παρακαλῶν τοὺς ταπεινούς. Cf. Ags. beò þu onbûgende þînum wiðer-winnan Matth. 5, 25, ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου. ||

maledicere: Marc. 7, 10: saei ubil qiþai attin seinamma aiþþau aiþein seinai, ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα. Marc. 9, 39: ubilvaurdjan mis, κακολογῆσαί με. Ioh. 9, 28: lailoun imma, ἐλοιδόρησαν αὐτόν. ||

minari: Marc. 10, 48: hvotidedun imma, ἐπετίμων αὐτῷ. Luc. 8, 24:

gasok vinda jah þamma vega vatins, *ἐπετίμησε τῷ ἀνέμῳ καὶ τῷ κλύδωνι τοῦ ὕδατος*. Matth. 8, 26 = ags. hë bebeâd þam winde. ||

irasci: Ioh. 7, 23: mis hatizoþ, *ἐμοὶ χολᾶτε*. ||

Haec inclinationis notio, quam dativi ariaci primitivam esse ex consensu sex linguarum inter se cognatarum iure concludi poterit, viam quasi munit et aperit ad alteram priori coniunctissimam, qua dativus ad significandum vel effectum, h. e. eventum actionis vel consilium usurpatur. Dativum enim commodi vel incommodi qui dicitur non separatim tractandum, sed dativo effectus adnumerandum esse existimo, ‚quoniam commodum vel incommodum', ut Holtzii verbis utar (synt. prisc. script. lat. I, 294), ‚nihil aliud est nisi species generalis notionis effectus, et si verbum commodum paulo latiore significatione usurpatur, quivis dativus effectus pro dativo commodi accipi potest.' Haec igitur et effectus et consilii significatio cum in infinitivos vedicos ac bactricos cadat, ad eos nunc transeamus. Ac primum quidem de eis infinitivis agamus, in quibus effectus notio inest, deinde de eis, qui finales habendi sunt, quamquam me non fugit fines utriusque significationis non tam accurate definiri atque circumscribi posse, ut utra unoquoque loco significatio sit statuenda pro certo affirmari possit.

Saepenumero in Ṛigveda verba kar et dhâ cum dativo effectus coniuncta leguntur, ut X, 186, 2 = SV. II, 1191: utá vâta pitâsi na utá bhrấtotá naḥ sákhâ | sá no jîvấtave kṛidhi || o vente, deus et pater noster es et frater noster et amicus, nos vivere fac. || (cf. I, 36, 14: kṛidhī na ûrdhvấñ caráthâya jîváse, fac nos erectos ad agendum, ad vivendum). || VII, 32, 8 = SV. I, 285: ávase kṛiṇudhvám, ut is opituletur, efficite, cf. VII, 32, 9; VIII, 18, 18 = SV. I, 395: tucé tánâya tát sú no drấghîya ấyur jîváse | .....kṛiṇótana, genti (et) suboli nostrae hanc aetatem bonae et longiori vitae (aptam) facite, h. e. efficite, ut gens subolesque nostra bene et quam longissime vivat, cf. VIII, 50, 8 = SV. II, 932. || I, 24, 8: apáde pâdâ prátidhâtave 'kar, in invio pedes ponere fecit. || I, 112, 8: yấbhiḥ çácîbhir vṛishaṇâ parâvṛíjam prấndhám çroṇám cákshasa étave kṛitháḥ, quibus facinoribus largitores Paravrijam (expulsum), caecum, distorta crura habentem videre, incedere fecistis. || I, 113, 9: úsho yád agním samídhe cakártha.....tád devéshu cakṛishe bhadrám ápnaḥ, Aurora, quod Agnim ad accendendum adduxisti, h. e. quod effecisti, ut Agnis accenderetur, id inter deos peregisti praeclarum opus. || I, 25, 5: kadấ kshatraçríyam náram ấ váruṇam karâmahe | mṛiḷîkấyorucákshasam || quando imperium tenentem heroem Varuṇam adducemus ad clementiam, late circumspicientem? || I, 116, 14: kavím......akṛiṇutam vicákshe, vatem reddidistis aptum ad videndum. || II, 13, 5: ákṛiṇoḥ pṛithivī́m saṃdṛíçe divé, effecisti, ut terra similis esset caelo. || V, 29, 4: bhiyáse mṛigám kaḥ, timere feram fecisti. || X, 39, 8: yuvám sadyó viçpálâm étave kṛitháḥ, vos statim Viç-

palam eundo aptam reddidistis. || VII, 21, 3: tvám indra srávitavā̂ apás kaḥ, tu, Indra, effecisti, ut aquae fluerent. || V, 38, 10: ákar dhánvâny átyetavā̂ u, fecisti, ut deserta adiri possent, cf. IV, 16, 4; 18, 1; VII, 81, 4; IX, 108, 14. X, 88, 10. || VII, 31, 12 = SV. II, 1145: índraṃ vā̂ṇîr.... dadhire sáhadhyai, Indram concentus musicorum aptum reddiderunt ad superandum. || VI, 19, 2: índram evá dhishấṇâ sâtáye dhâd bṛihantam ṛishvám ajáraṃ yúvânam, Indram poculum praedando aptum reddit, magnum, sublimem, non senescentem, iuvenilem, cf. III, 31, 19; 50, 3. VI, 67, 7. V, 41, 16; VII, 32, 8. 34, 17; 90, 3. X, 9, 1 = SV. II, 1187: ā̂po hí shṭhā̂ mayobhúvas tā̂ na ûrjé dadhâtana | mahé ráṇâya cákshase, quem locum Benf. vertit: 'Seligkeit gibst, o Wasser, du; darum verleihe Stärke uns, auf dass wir grosse Freude sehn.'

His omnibus locis verbis kar et dhâ peculiarem quandam vim inesse eo magis elucebit, si comparaverimus locos, ubi eadem verba cum accusativo et obiecti et praedicati ponuntur, velut I, 82, 1 = SV. I, 416. III, 53, 13: kárad ín naḥ surā̂dhasaḥ, reddat nos locupletes. || V, 30, 9: stríyo hí dâsá ā̂yudhâni cakré, feminas Dâsas arma fecit, h. e. feminarum auxilio in pugnis usus est. || IX, 4, 1—10 = SV. II, 397—406: no vásyasas kṛidhi, nos beatiores redde. || IX, 61, 28 = SV. I, 479, II, 128: kṛidhî̆ no yaçáso jáne, redde nos claros in mundo, cf. VI, 53, 10 = SV. II, 943. || VII, 16, 12 = SV. II, 864: táṃ hótâram adhvarásya prácetasaṃ váhniṃ devā̂ akṛiṇvata, eum sacerdotem sacrificii, sapientem, oblatorem dei fecerunt, cf. VII, 3, 1 = SV. II, 569. IV, 39, 6 = SV. I, 358. VIII, 73, 6 = SV. II, 901. VIII, 86, 13 = SV. I, 460. || √dhâ III, 29, 7: yáṃ devā̂sa ī̆ḍyaṃ viçvavídaṃ havyavā̂ham ádadhur adhvaréshu, quem dei celebrandum omniscium, sacrificii subvectorem fecerunt in caerimoniis. || VI, 15, 8 = SV. II, 918: tvā̂ṃ dûtám agne amṛ́taṃ yugé-yuge havyavā̂haṃ dadhire pâyúm ī̆ḍyam | devā̂saç ca mártâsaç ca, ubi Benf. vertit: 'als ew'gen Boten haben, Agni, zu aller Zeit, als Opferbringer, hehren Schützer dich aufgestellt, Götter und Menschen'; cf. III, 30, 14. V, 8, 6. VII, 11, 4; 17, 6. X, 46, 8, 10. X, 49, 2. Cum eodem verbo duplex nominativus coniunctus est VI, 16, 1 = SV. I, 2; II, 824: tvám agne yajnā̂nâṃ hótâ víçveshâṃ hitáḥ, tu, Agnis, sacrorum sacerdos omnium es constitutus.

Ex bactrica lingua conferamus yt. 10, 26: yô dańhaom uparâi amâi dadhâiti, qui terram summae opulentiae dat, h. e. qui efficit, ut terra summis opibus valeat. || y. 40, 7, 8: dâidi aṭ nerâç mazdâ ahurâ ashaonô ashacinańhô aidyûs vâçtryéñg dareghâi îzhâi bezvaitê hakhemainê, da viros, Ahura Mazda, puros, puri cupidos (tam) equites (quam) agricolas longo robori, diuturnae amicitiae, h. e. fac, ut puri etc. diu valeant et diuturna iungantur amicitia. || y. 31, 5: vîduyê vohû manańhâ méñcâ daidyâi yêhyâ mâ ereshis, scire per Vohumanum me fac, unde mihi utilitas sit. ||

Locativus legitur y. 49, 5: yâ (sc. avaṅhâ) nâo **qâthrê dâyâṭ**, quo (auxilio) nos ad splendorem ducit, h. e. efficit, ut splendeamus. || y. 42, 12: yâ (sc. mãzâra) vé ashîs rânôibyô **çavôi vîdâyâṭ**, quae (copia) puritates vestras pugnatoribus ad utilitatem ducit, h. e. quae efficiet, ut puritates vestrae pugnatoribus sint utilitati. Cum duplici accusativo radix dâ coniuncta est y. 35, 25: **thwãm** aṭ aêshãm **paityâçtâremcâ** fradakhstâremcâ **dademaidê**, te horum auditorem praeceptoremque facimus; cf. y, 42, 15. || y. 8, 12: **khshayamnem ashavanem dâyata** akhshayamnem drvañtem, potentem facite purum, impotentem malum. || vd. 1, 1, 2: mraoṭ ahurô mazdâo çpitamâi zarathushtrâi | azem **dadhãm**...**açô râmôdâitîm nôiṭ kudaṭshâitîm**, dixit Ahura Mazda Çpitamidae Zoroastri: ego feci locum amoenitatis id, quod nequaquam amoenum erat, h. e. locum prorsus inhospitum verti in locum amoenitatis plenum. || y. 67, 1: **tê** ahurânê aṅhê **aoyãm dãmahi**, te, Ahura nata, hac re propitiam reddimus. || y. 49, 9: khshathrâ **varezî** nâo **dyâṭ**, imperia subiecta nobis faciat, i. e. in dicionem nostram redigat. || √**kar**: y. 30, 9: aṭca tôi vaêm qyâmâ yôi îm frashém (Spieg. leg. frashîm) kerenaon ahûm, tibi nos simus ei, qui hunc mundum prosperum reddamus (proprie: reddant.) Jolly pag. 46 libri sui qui inscribitur: ‚der Conjunctiv u. Optativ im Zend u. Altpersischen im Vergleich mit dem Sanskrit und Griechischen. München 1872' hunc locum ad doctrinam de resurrectione pertinere existimans vertit: ‚möchten wir doch die (oder ‚dir') sein, die dieses Leben zu einem ewigen machen.'

Ad id dicendi genus quodammodo redisse videntur Romanorum poetae, qui cum pedestris oratio particulam **ut** requirat, verbo **faciendi** infinitivum addere solent, ut Lucret. de rerum nat. III, 101: *verum habitum quendam vitalem corporis esse, harmoniam Grai quam dicunt, quod **faciat** nos **vivere** cum sensu.* III, 302: *quae tremulum **faciunt** membris **existere** motum.* VI, 455: *haec **faciunt** primum parvas **consistere** nubes.* VI, 510 sqq.: *et ipsa copia nimborum turba maiore coacta urget, de supero premit, ac **facit effluere** imbris.* (cf. IV, 283: *et facit, ut prius hunc omnem sentire queamus.*) Verg. Aen. II, 538: *qui nati coram me **cernere** letum **fecisti**.* Ovid. Met. VII, 690: *hoc me, nata dea..... telum **flere facit** facietque diu, si vivere nobis fata diu dederint.* X, 357: *at Cinyras, **quem** copia digna procorum, quid faciat, **dubitare facit**, scitatur ab ipsa.* Ov. Her. XVII, 174: *et illum securum probitas, forma **timere facit**.* Pers. Sat. I, 44: *quisquis es, o modo **quem** ex adverso **dicere feci**.*

Item Graeci et poetae et scriptores prosae orationis hac loquendi consuetudine usi sunt, ut Homerus ψ, 258: *θεοί σε **ποίησαν ἱκέσθαι** ἐς οἶκον.* Soph. Phil. 926: ***κλύειν** τὸ τ' ἔνδικόν με καὶ τὸ συμφέρον **ποιεῖ**.* Electr. 623: *ἦ σ' ἐγὼ καὶ τἄμ' ἔπη καὶ τἄργα τἀμὰ πόλλ' ἄγαν **λέγειν ποιεῖ**.* Aristoph. Equit. 912: *ἐγώ σε ποιήσω τριηραρχεῖν.* Av. 59: *ποιήσεις τοί με*

κόπτειν αὖθις αὖ; Apollon. Argonaut. IV, 1088: *τῷ, φίλε, μήτ' οὖν αὐτὸν ἑκὼν ἐπίορκον ὀμόσσαι θείης Αἰσονίδην.* Plat. Theaet. p. 149 A: *ποιῶ τοὺς ἀνθρώπους ἀπορεῖν.* Xenoph. Cyr. IV, 5, 48: *αἰσχύνεσθαι ἡμᾶς ἐποιήσατε.* II, 2, 13: *εἴ γε κλαίειν ἐπειρώμεθά σε ποιεῖν.* (cf. III, 2, 29. Anab. I, 6, 2, ubi infinitivo *ὥστε* additum est.) Memor. II, 3, 13: *εἰ δὲ βούλοιο ξένον ποιῆσαι ὑποδέχεσθαι σεαυτόν.*

At cum in utriusque populi lingua verbo faciendi etiam passivi infinitivi adiungantur,*) sane est, quod in omnibus locis eiusmodi, eis non exceptis, quos modo protuli, accusativum cum infinitivo qui dicitur inesse iudicemus. Accusativus autem cum infinitivo coniunctus, in Graecorum Romanorumque lingua usitatissimus, cuius in Ṛigvedae hymnis nullum quod sciam apparet vestigium, quam facile oriri latiusque patere potuerit evanescente primariae infinitivi formae intellectu, hisce fortasse exemplis fit perspicuum. Superest igitur, ut ex gotica lingua, quae passivo infinitivo caret, afferam exempla. Matth. 5, 32: taujiþ þo horinon, *ποιεῖ αὐτὴν μοιχᾶσθαι.* Marc. 1, 17: jah gatauja igqis vairþan nutans manne, *καὶ ποιήσω ὑμᾶς γενέσθαι ἁλιεῖς ἀνθρώπων.* 7, 37: baudans gataujiþ gahausjan jah unrodjandans rodjan, *καὶ τοὺς κωφοὺς ποιεῖ ἀκούειν καὶ τοὺς ἀλάλους λαλεῖν.* 8, 25: jah gatavida ina ussaihvan, *καὶ ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι.* Luc. 5, 34: ni magud sununs bruþfadis, unte sa bruþfads miþ im ist, gataujan fastan, *μὴ δύνασθε τοὺς υἱοὺς τοῦ νυμφῶνος, ἐν ᾧ ὁ νυμφίος μετ' αὐτῶν ἐστι, ποιῆσαι νηστεύειν.* Ioh. 6, 10: vaurkeiþ þans mans anakumbjan, *ποιήσατε τοὺς ἀνθρώπους ἀναπεσεῖν.* Quae exempla etsi omnia bene consentiunt cum vedicis, tamen ne Ulfilam quidem, cum haec ex graeco sermone converteret, de vera origine infinitivorum quibus usus est recte sensisse, sed eos potius hisce locis in accusativis habuisse mihi persuasum est.

Dubii haeremus, utrum huc referamus an consilium significare censeamus eos infinitivos, qui cum radicibus as et bhû coniuncti leguntur, ut I, 79, 11: asmâkam íd vṛidhé bhava, nostro incremento sis. || I, 37, 15: astí hí shmâ mádâya vaḥ, est profecto gaudio vobis. (Muell. l. l. p. 55 vertit: ‚truly there is enough for your rejoicing.') || I, 89, 5: pushâ no yáthâ védasâm ásad vṛidhé, Pushan nobis ut divitiarum sit incremento. || V, 16, 5: édhi pṛitsú no vṛidhé, sis in pugnis nobis prosperitati. || VII, 24, 1: áso yáthâ no' vitâ vṛidhé, sis ut nobis fautor incremento. || VII, 77, 1: ábhûd agníḥ samídhe mânushâṇâm ákar jyótir bâdhamânâ támâṅsi, erat ignis hominum ad incendendum, (aurora) fecit lucem depellens tenebras. || IX,

*) Cf. Lucr. V, 661: *quae faciunt solis nova semper lumina gigni.* V, 760: *quae faciunt ignes interstingui atque perire.* Ovid. Met. XIII, 373 sqq.: *obstantia removi altaque posse capi faciendo Pergama cepi.* Xen. Cyr. I, 6, 18. VIII, 3, 32: *οἵπερ με ἐποίησαν βληθῆναι ὑπὸ σοῦ.* Paus. II, 29, 8: *θύσας καὶ εὐξάμενος τὴν Ἑλλάδα γῆν ἐποίησαν ὕεσθαι.*

105, 5 = SV. II, 962: sá no harîṇâm pata índo devápsarastamaḥ | sákheva sákhye náryo rucé bhava, nobis, fulvorum (equorum) domine, Indu, deorum maximae deliciae, ut amicus amico, virilis, luci sis; cf. I, 61, 14. IX, 104, 5. I, 5, 3; 91, 10, 16, 17. 34, 12. IV, 23, 2. V, 5, 4. VI, 46, 3 = SV. I, 286. VII, 48, 4. 19, 7. VIII, 27, 4. 86, 11. 13, 3 = SV. II, 98. VIII, 3, 1 = SV. I, 239. II, 770.

Cum his conferamus bactrica y. 49, 7: mahmâi qyâtâ avañhe, meo sitis auxilio. || y. 49, 10: aṭ yâ vareshâ yâcâ pairî âis skyaothanâ | yâcâ vohû cashmãm arejaṭ manañhâ | raocâo qéñg açnãm ukhshâ aêurus | khshmâkâi ashâ vahmâi mazdâ ahurâ, quae verba Rothius l. l. XXV, p. 222 vertit: ‚die Höhen und ringsum die Felsen, | und was dem Auge wohlgefällig erscheint: | Gestirne, Sonne, das Morgenroth der Tage — | Das Alles gereicht zu eurem Preis, Mazda Ahura.' cf. p. 221—223. || y. 55, 5, 7: çraoshô idha açtû... né âraêcâ erenvataêcâ, auditus hic esto... nobis perfectionique elationique. Visp. V, 6. X, 31. XVIII, 6, 7, 8. Hanc loquendi consuetudinem Romani soli servaverunt servatamque magis magisque excoluerunt qui dicere solebant: esse *usui, utilitati, saluti, quaestui, praedae, impedimento, argumento, documento, odio, curae, cordi, potui* (Tac. Germ. 23: *potui est humor ex hordeo*), *fraudi, damnationi, detrimento, maculae, invidiae, infamiae* etc., sed in lingua et graeca et gotica exempla desiderantur.

Cum ea quam modo tetigi locutione arte cohaeret altera, qua radice as cum dativo coniuncta aliquem idoneum, parem alicui rei esse significatur: VII, 34, 24: râyáḥ syâma dharúṇaṃ dhiyádhyai, simus idonei, qui divitiarum fundamentum accipiamus. (cf. Delbr. l. l. p. 91.) IX, 86, 38 = SV. II, 306: vayáṃ syâma bhúvaneshu jîváse, nos simus idonei, qui in mundo vivamus. Multo etiam plura reperiuntur exempla, in quibus vel infinitivo vel dativo substantivi particula negationis addita est omisso fere verbo substantivo *esse*, qua in re notandum esse videtur infinitivis eiusmodi qui legentibus nobis occurrunt omnibus tribui solere vim passivam: I, 105, 16: ná sá (pánthâḥ) devâ atikráme, non ea (via), di, traicienda est. || I, 36, 20: tveshâso agnér ámavanto arcáyo bhîmâso ná prátîtaye, coruscae Agnis (sunt) flammae, metuendae, non adeundae. || VII, 18, 20: ná ta indra sumatáyo ná rãyaḥ saṃcákshe, non tua, Indra, beneficia, non bona sunt eiusmodi, quae numerari possint. || IX, 53, 3: = SV. II, 1066: ásya vratâni nâdhṛ́she pávamânasya dûḍhyã, huius facta purgatoris non sunt eiusmodi, quae a malevolo superari possint. V, 87, 2. || III, 9, 2 = SV. I, 53: ná tát te agne pramṛ́she nivártanam, non tibi, Agnis, neglegenda est reversio. || I, 54, 1: nahí te ántaḥ çávasaḥ parîṇáçe, finis roboris tui obtineri nequit. || II, 25, 3: agnér iva prásitir nâha vártave yáṃ-yaṃ yújaṃ kṛiṇuté bráhmaṇas pátiḥ, velut ignis tractus verti non potest, quemcunque socium facit Brahmanaspatis. || IV, 30, 19: ná tát te sumnáṃ áshṭave, non hoc tuum bene-

ficium obtineri potest. || VI, 56, 1: ná téna devá âdíçe, huic (proprie: ab hoc) deus non est evocandus. || VII, 33, 8: nãnyéna stómo vasishṭhâ ánvetavo vaḥ, non ab alio hymnus vester, Vasishṭhae filii, aequandus est. || X, 14, 2: yamó no gâtúm prathamó. viveda naíshã gávyûtir ápabhartavã u, Yamus nobis primus aditum aperuit, hic ager pascuus auferri non potest. || IX, 73, 8: ṛitásya gopã ná dábhâya, sancti ordinis custos falli non potest, quocum conferas bactricum illud y. 44, 4: nôiṭ diwzhaidyâi ahurô, non potest falli Ahura. Praeterea ex lingua bactrica huc pertinent: y. 42, 14: uzirodyâi azém çaredanâo çéṅhahyâ, (capita) excitando ego (sum), i. e. excitaturus sum ad doctrinam divulgandam. || y. 43, 1: aṭ né ashâ fryâ dazdyâi hâkurenâ, deinde nobis ob puritatem amici praebendi sunt adiutores. || vd. 1, 57: adha taêciṭ uzjaçeñti yâ mereñcyâica zaradhaghnyâica, tum ei apparent, qui (sunt) occidendo et violando cordi. || y. 42, 11: taṭ verezidyâi hyaṭ môi mraotâ vahistem, hoc faciendum (est mihi) quod mihi dictum est optimum. || y. 50, 20: taṭ vê né hazaoshâoṅhô vîçpâoṅhô daidyâi çavô, hanc vos nobis obsequentes omnes praebere (debetis) utilitatem. || y. 43, 2: kâthé çûidyâi yé î paitishâṭ, quomodo utilitas afferri potest (ei), qui utrumque cupit? || y. 29, 3: avaêshãm nôiṭ vîduyê yâ shavaitê âdréñg ereshvâoṅhô, quae verba Rothius in ann. soc. litt. orient. germ. vol. XXV, p. 8 vertit: ‚die Leute können nicht wissen, wie Rechtliche mit Schwachen verfahren.' || y. 45, 15: tâis yûs skyaothanâis ashem khshmaibyâ daduyê, his vos factis puritatem vobis parare (debetis). || y. 47, 7: yôi â vaṅhéus manaṅhô dîdraghzhô duyê, qui bonae mentis confirmationem efficere (debetis). || yt. 15, 52: yaṭ baçtô aṅhaṭ vâdhayamanô fraṭbuyê bâshê buyêñtê viṭbuyê garâfê buyêñtê, quae verba Iustius vertit: ‚wenn einer fortgeführt wird, wenn sie zum Hingehn in's Gefängniss (bestimmt) sind, wenn sie in den Kerker geworfen werden.' Cum his comparanda sunt verba quae leguntur ṚV. I, 129, 8: svayáṃ sã rishayádhyai yã na upeshé atraíḥ, quo loco Delbrueckius in Kuhni annall. XX, p. 234 formam verbi substantivi syât supplendam esse dicit atque vertit: ‚das unglück selbst sei bestimmt zum untergange, das auf uns loskommt mit zaubergewalten.'

Eodem modo latini scriptores et gerundio, in quo activa tantummodo vis inest, et gerundivo, quod passivam habet significationem, utuntur. Etenim qui *solvendo non est,* is solvere non potest, et *onus ferendum est* hoc valet, onus ita revera esse comparatum, ut causam habeat, quare feratur.*) Cf. Cic. ad fam. 3, 8, 2: *cum solvendo civitates non essent.* Id. Phil. 2, 2, 4. off. 2, 22. Att. 18, 10. Liv. 31, 13, 5. Ovid. Met. IX, 684: *iamque ferendo vix erat illa gravem maturo pondere ventrem.* XV, 403. Liv. II, 9: *qui oneri ferendo essent.*

*) Cf. Weissenb. comment. de gerundio et gerundivo linguae latinae, p. 110.

Deinde in graeco et latino sermone, imprimis apud poetas, verbum *esse* ad infinitivum additur, quo fit, ut aliqua consilii vel finis vel facultatis notio accedat, cf. Od. *ο*, 392: *ἔστι μὲν εὕδειν, ἔστι δὲ τερπομένοισι ἀκούειν.* Pind. Pyth. 2, 175. 1, 56. Thuc. I, 35. Xen. Anab. III, 2, 13: *ἔστι τεκμήρια ὁρᾶν.* Cyrop. I, 6, 11, 37. II, 1, 27. Particula negationis additur: Od. *ε*, 137. *β*, 310. *χ*, 460. Il. *M*, 65: *οὔπως ἔστιν καταβήμεναι οὐδὲ μάχεσθαι.* Il. *Ξ*, 63. *N*, 787. *Y*, 97. *Ω*, 71. Thuc. III, 46. VII, 11. VIII, 5, 3. Verg. Aen. VIII, 676: *in medio classis aeratas, Actia bella cernere erat.* Ov. am. I, 28. Sall. Iug. 110, 3. Tac. Germ. V, 6: *est videre argentea vasa.* Tac. ann. XVI, 34. Verg. Georg. IV, 447: *neque est te fallere quicquam.* Eclog. X, 46. Aen. VI, 596. Lucr. V, 977. Hor. sat. I, 5, 87: *quod versu dicere non est.* Ov. Met. III, 478: *liceat quod tangere non est aspicere.* Prop. I, 20, 13. Tib. I, 6, 24. IV, 3, 3. Sil. Ital. I, 164. VIII, 63. Quibus locis cum infinitivi aut nominativi aut accusativi locum obtinere videantur, iam antiquitus apud Graecos et Romanos nativam infinitivi vim obsolevisse satis intellegi posse puto.

Iam transeunti mihi ad infinitivos finales, qui cum verbis, adiectivis, substantivis coniungi solent et in lingua tam sanscrita quam bactrica omnium longe maximum numerum efficiunt, quaestio exoritur perdifficilis, quanam ratione verba, post quae tales infinitivi reperiuntur, apte disponantur. Qua in re etiam Delbrueckium, id quod fatetur l. l. p. 94, laborasse video. Atqui cum vinclum, si hoc vinclum appellandum est, quod inter verba et infinitivos finales intercedit, laxissimum sit, quoniam omnia fere eiusmodi enuntiata plenam vel omissis infinitivis praebent sententiam, certum quendam ordinem, qui ex omni parte satisfaciat, tenere me posse despero. Quod etsi ita est, tamen periculum faciam atque eis exemplis quae maxime ex Homeri carminibus huc pertinent allatis singula verba enumerabo hoc ordine:

ire: ṚV. I, 22, 1: prâtaryújâ ví bodhayâçvínâv éhá gachatâm | asyá sómasya pîtáye, mane iunctos expergefac Açvinos, huc eunto ad huius somae potationem; cf. I, 5, 5; 16, 8; 18, 6; 112, 18. II, 34, 5. IV, 9, 6. 47, 3. VIII, 7, 27. V, 30, 9: áthópa praíd yudháye dásyum índraḥ, tum adiit ad impugnandum hostem Indras; cf. V, 43, 8. VI, 49, 5. IX, 110, 1. X, 57, 4. 115, 1 = SV. I, 64. Etiam in lingua posterioris aetatis eius dativi usus exempla reperiuntur, cf. R. VII, 54, 18: çvabhraṃ jagâma sukṛtaṃ vâsâya, in antrum bene paratum ivit, ut habitaret. KATHAS. 71, 264: ahaṃ vâsâya prâviçam gṛiham, ego, ut habitarem, intravi domum. Schol. ad Pâṇ. II, 3, 15: pâkâya vrajati, coctum it; cf. Bopp. III, 259.

venire: I, 14, 1: sómapîtaye devébhir yâhi, ad somae potationem cum deis veni. V, 51, 1. || yt. 1, 9. 10, 5: âca nô jamyâṭ avaṅhê, âca nô jamyâṭ ravaṅhê, rafnaṅhê, marzhdikâi, baêshazyâi, verethraghnyâi, havaṅhâi, ashavaçtâi, nobis veniat auxilio, nobis veniat gaudio,

oblectationi, misericordiae, sanationi, victoriae, praeparationi, puritati. || y. 28, 3: varedaitî ârmaitis â môi rafredhrâi zavéñg jaçatâ, fortunans Armaitis ad bona danda a me vocata adveniat. (proprie: vocatus meos adeat.) vd. 8, 276, 279. 20, 26. yt. 19, 48. 10, 113. y. 53, 1; 59, 7; 67, 4, 5; 29. y. 9, 93, 94: paiti azhôis zairitahê çimahê vîshôvaêpahê | kehrpem nâshemnâi ashaonê haoma zâirê*) vadare jaidhi, contra serpentis malevoli virus emittentis corpus ad purum sustentandum, haoma flave, cum remedio veni. || *βῆ δ' ἴμεν, δ' ἰέναι, δ' ἴμεναι Δ,* 199. *E,* 167. *B,* 183. *N,* 27. *ἴτω εἰπέμεν Π,* 373. *O,* 159, 544: *τὼ μὲν ἐεισάσθην χαλκήρεα τεύχε' ἀπ' ὤμων συλήσειν. P,* 353: *ἴθυσεν μάχεσθαι. λ,* 591. *χ,* 408. cf. *Σ,* 175. *Φ,* 13, 247. *Ω,* 2, 716. *Δ,* 476. *ε,* 332. *Ω,* 214: *πόντον ἵκανον ἀήμεναι.* Plaut. Bacch. II, 3, 120: *ibit aurum arcessere.* Cist. II, 1, 25: *abi quaerere.* Prop. I, 1, 12: *ibat et hirsutas ille videre feras.* I, 6, 34. Plaut. Bacch. 631: *aurum petere hinc venerat.* Aeque atque his infinitivis scriptores latini dativis substantivorum consilii significationem subiciunt, cum dicunt: ire, proficisci, venire, relinquere, mittere, deligere *praesidio, auxilio, subsidio,* dare *dono, culpae, crimini, fenori, veno* pro *venum* dare dicit Tac. ann. IV, 1; XIII, 51, XIV, 15; habere *religioni, quaestui, probro, ludibrio, contemptui*; sumere (Tac. ann. VI, 8: *nec quemquam exemplo adsumo*), capere, accipere *coniugio,* ponere *pignori,* apponere *lucro* Hor. carm. I, 9, 14 sq., *gratiae* Ter. And. II, 1, 32; ducere, tribuere, vertere *ignaviae, vitio, despicatui.* Huc quoque pertinet *receptui* canere = receptui signum dare. Quae modo attuli exempla, ea apud optimos prosae orationis scriptores saepenumero leguntur. Verum singulari quodam casu factum esse videtur, ut Tacitus, cuius aetate infinitivorum usus quam latissime patebat, et qui eum secuti sunt scriptores pariter atque veteres Indi et Bactriani dativis substantivorum ad consilium significandum uterentur, cf. Tac. ann. I, 23: *centurionem ... illa morti deposcit.* 51, 4: *incessitque itineri et proelio,* ad quem locum Nipperdeius complura exempla in editione sua attulit, velut II, 7: *honori patris princeps ipse cum legionibus decucurrit.* IV, 72: *qui tributo aderant milites.* XII, 69. XIII, 26. XIII, 32: *factum senatus consultum ultioni iuxta et securitati.* hist. II, 20: *retinebatur adhuc terrori.* III, 84: *cuncta urbium excidiis reperta,* vide Draegeri librum: ‚über Syntax und Stil des Tacitus', §. 52. Maxime omnium huic studio indulsisse dicendus est Appuleius Madaurensis, tumidioris sermonis auctor, in cuius scriptis multos eiusmodi dativos substantivorum verbalium legimus, ut Apol. 408: *petisse eum aliquid tersui dentium.* Met. I, 17, p. 72: *oleum unctui et lintea tersui*

*) Spiegelius legit zairi. Vocativus enim thematum in *i* desinentium utrum in *i* an in *e* exierit, cum codices inter utramque formam fluctuent, difficile est ad diiudicandum, tamen Spiegelius gramm. p. 133 ratione linguae sanscritae habita vocativos in *e* exeuntes praeferendos esse censet.

et cetera huic eidem usui profer. I, 18, p. 73: *ut aliquid nobis cibatui prospicerem.* IV, 74: *parvisque respiratui circa nares datis foraminibus.* VIII, 166: *refectuique conquiescere.* IX, 178: *ut aquae recentis completam pelvim offerrent potui meo.* Apol. 496: *mundissima lini seges — non modo indutui et amictui — sacerdotibus, sed opertui quoque rebus sacris usurpatur.* Cf. Richteri de supinis lat. linguae comment. tert. pag. 8. || Luc. 14, 19: gagga kausjan þans, *πορεύομαι δοκιμάσαι αὐτά.* Marc. 1, 44. Ioh. 9, 7. Luc. 18, 22: jah hiri laistjan mik, *καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι.* Luc. 17, 31: asteigan c. inf. Gal. 2, 4: innufsliupan. Luc. 15, 1: sik nehvjan. Luc. 17, 18: gavandjan. Matth. 5, 17: ni qam gatairan, ak usfulljan, *οὐκ ἦλθον καταλῦσαι, ἀλλὰ πληρῶσαι.* Marc. 15, 36. Luc. 9, 56. ||

festinare: yt. 5, 63: moshu mê zava avanhê, celeriter mihi festina auxilio. || *T*, 317: *ὁπότε σπερχοίατ' Ἀχαιοί, Τρωσὶν ἐφ' ἱπποδάμοισι φέρειν πολύδακρυν Ἄρηα.* *B*, 354: *μήτις πρὶν ἐπειγέσθω οἶκόνδε νέεσθαι.* *Φ*, 601: *ὁ δ' ἐπέσσυτο ποσσὶ διώκειν.* *P*, 463: *ὅτε σεύαιτο διώκειν.* *Ψ*, 198. Hesiod. op. 671: *σπεύδειν ὅτι τάχιστα πάλιν οἶκόνδε νέεσθαι.* || Cic. ad fam. 3, 6: *festinares decedere.* 7, 23. 10, 33. ad Att. 3, 26. Phil. 3, 9. Liv. 1, 25. 7, 9. 9, 9. Ter. Andr. 4, 5, 20: *propera adeo puerum tollere.* Verg. Aen. 4, 310: *properas ire.* Cic. ad fam. 5, 2, 8. de rep. 6, 15. ad fam. 5, 20. 7, 17. 12, 14. ad Attic. 1, 16. 13, 21. Brut. 65. Caes. b. g. 2, 11. 5, 34. b. c. 2, 43; 3, 33, 38. Liv. 3, 35. 26, 44. 38, 20; 27. 39, 10. cf. Hildebrandi commentationem: ‚über einige Abweichungen im Sprachgebrauche des Cicero, Caesar und Livius u. über d. Gebrauch des Infinitiv.' Dortmund 1854, p. 20. Curt. 6, 3, 14. || II. Tim. 4, 9: sniumei qiman at mis, *σπούδασον ἐλθεῖν πρός με.* Eph. 4, 3: usdaudjandans fastan, *σπουδάζοντες τηρεῖν.*

mittere: I, 32, 12: ávâsṛijaḥ sártave saptá síndhûn, emisisti ad dimanandum septem fluvios. I, 57, 6. || *Γ*, 116: *κήρυκας ἔπεμπεν καρπαλίμως ἄρνας τε φέρειν Πρίαμόν τε καλέσσαι.* *Π*, 454, 575. *P*, 709. *Σ*, 240. *δ*, 8, 29. *ν*, 206. *ξ*, 396. *υ*, 362. *ψ*, 23. *ω*, 419. *β*, 147. *μ*, 136. *ξ*, 26. *K*, 125: *τὸν μὲν ἐγὼ προέηκα καλήμεναι,* 568. *γ*, 183. *κ*, 25. || Plaut. Cas. III, 5, 48: *huc missa sum ludere.* Prop. II, 16, 17: *semper in Oceanum mittit me quaerere gemmas.* Luc. 1, 19: jah insandiþs im rodjan du þus jah vailamerjan þus þata, *καὶ ἀπεστάλην λαλῆσαι πρός σε καὶ εὐαγγελίσασθαί σοι ταῦτα.*

iacere: *P*, 300: *πόδα ἧκε χαμᾶζε κεῖσθαι.* *Φ*, 120. *μ*, 442. *N*, 36. *κ*, 243. *M*, 377: *σὺν δ' ἐβάλοντο μάχεσθαι.* *Γ*, 70. *ε*, 331.

vertere: III, 37, 1: vā̆rtrahatyâya çávase pṛitanâshā̆hyâya ca | índra tvā̆ vartayâmasi, ad Vṛitram occidendum, ad robur ostendendum, ad bello vincendum, Indra, te advertimus. cf. III, 42, 3. || *M*, 32: *ποταμοὺς δ' ἔτρεψε νέεσθαι.* *Λ*, 568: *τρωπάσκετο φεύγειν.* *Σ*, 585.

agere: ζ, 90: τὰς μὲν σεῦαν τρώγειν. Hor. carm. I, 2, 7: *pecus egit altos visere montes.*

fluere: IX, 24, 3 = SV. II, 313: prá pavamâna dhanvasi sóméndrâya pătave, purgatus fluis, o Soma, ad Indram, ut bibaris. IX, 13, 3, 4. 50, 4. 49, 4. IX, 25, 1 = SV. I, 474. IX, 44, 1 = SV. I, 509. IX, 64, 30. IX, 62, 8 = SV. II, 330. IX, 64, 22 = SV. I, 472; II, 426. IX, 109, 13 = SV. I, 431. IX, 96, 4. 98, 10. || ζ, 87: ὕδωρ ὑπεκπρορέει καθῆραι, quibus cum verbis conferas vedica illa IV, 3, 12: prá sádam ít srávitave dadhanyuḥ, ut semper fluant, scatent (aquae).

effundere: I, 19, 9: abhí tvâ purvápîtaye sṛijămi somyám mádhu, tibi, ut primum potum haurias, effundo somae dulcedinem. IX, 98, 10 = SV. II, 1029: índrâya soma pătave vṛitraghné pári shicyase, Indrae, soma, ad bibendum, Vṛitrae occisori circumfunderis = IX, 11, 8 = SV. II, 798. I, 87, 6. IX, 8, 5; 13, 6. 46, 1. || Od. α, 138: χέρνιβα ἐπέχευε φέρουσα νίψασθαι. δ, 54. η, 174. κ, 370. ο, 137. ρ, 93. λ, 75: σῆμά τέ μοι χεῦαι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι.

extendere: I, 164, 5: saptá tántûn ví tatnire kaváya ótavă u, septem fila extenderunt vates ad texendum. II, 38, 2. I, 37, 10 = SV. I, 221. || Φ, 7: ἠέρα δ' Ἥρη πίτνα πρόσθε βαθεῖαν ἐρυκέμεν.

adducere: I, 74, 6: ă ca váhâsi tăñ ihá devăñ úpa práçastaye | havyă suçcandra vîtáye, adducas huc etiam deos ad laudem, ad sacrificia, pulchre splendens, ut eis fruantur. IX, 65, 17: váhâ bhágattim ûtáye, advehas fortunae bona salutis causa. I, 23, 10; 50, 1 (= SV. I, 31). 51, 4. 74, 4; 92, 18; 16, 1; 189, 1. III, 41, 9. X, 16, 12; 58, 1. || Ν, 603: τὸν δ' ἄγε μοῖρα κακὴ θανάτοιο τέλοςδε σοί, Μενέλαε, δαμῆναι. ξ, 272. ρ, 441. θ, 526. χ, 199. || Luc. 2, 22: jah brahtedun ina in Jairusalem atsatjan faura fraujin, ἀνήγαγον αὐτὸν εἰς Ἱεροσόλυμα παραστῆσαι τῷ κυρίῳ.

afferre: I, 8, 1 = SV. I, 129: éndra sânasím rayím sajítvânam sadâsáham | várshishṭham ûtáye bhara, Indra, gratas opes, victrices, semper superantes, summas ad utilitatem affer. X, 113, 3. VI, 22, 3; 64, 4. VIII, 43, 29; 66, 8: stotṛíbhya ă bhara nṛíbhyo năribhyo áttave, celebrantibus affer viris feminis, ut edant. VI, 16, 44: vahâbhí práyâñsi vîtáye, affer cibos ad edendum. I, 135, 4. || Μ, 222: οὐδ' ἐτέλεσσε φέρων δόμεναι τεκέεσσιν ἑοῖσιν. χ, 139. ρ, 260: σῖτον παρέθηκε φέρουσα ἔδμεναι. Ν, 515: τρέσσαι δ' οὐκέτι ῥίμφα πόδες φέρον ἐκ πολέμοιο.

surgere: I, 33, 14: úc chvaitreyó nṛishăhyâya tasthau, Çvitra natus ad pugnandum surrexit. I, 30, 6: ûrdhvás tishṭhâ na ûtáye 'smín văje çatakrato, erectus adsta nobis auxilio in hoc certamine, Çatakratus = SV. II, 951. I, 36, 13; 50, 5. V, 80, 5. VI, 64, 1. I, 7, 3 = SV. II, 148: índro dîrghăya cákshasa ă sûryam rohayad diví, Indras, ut longe lateque prospiceret possemus, solem surgere fecit in caelo. I, 51, 4. || υ, 380: οὗτος

ἀνέστη μαντεύεσθαι. η, 14: ὦρτο πόλιν δ' ἴμεν. *M*, 279. *N*, 62. γ, 176. || Luc. 4, 16: jah usstoþ siggvan bokos, καὶ ἀνέστη ἀναγνῶναι.

tollere: I, 28, 1: yátra grā̆vâ pṛithúbudhna ûrdhvó bhávati só-tave, ubi lapis latum podium habens sublatus est ad libamen parandum. I, 116, 22: çarásya cid ârcatkásyâvatā̆d ā̆ nîcā̆d uccā̆ cakrathuḥ pā̆tave vā̆ḥ, Çarae quoque Arcatkidae ex puteo profundo sustulisti ad bibendum aquam, cf. I, 117, 5.

assidere: I, 25, 10: ní shasâda dhṛitávrato várunaḥ pastyâsv ā̆ | sā̆mrâjyâya sukrátuḥ, assidet Varuṇas, cuius ordo constitutus est, inter homines, ut imperium obtineat, sacrificia bene perficiens. V, 11, 2: sá barhíshi sī̆dan ní hótâ yajáthâya, is in stragulo assidit sacerdos ad sacra facienda. I, 45, 9. VIII, 86, 8. VII, 57, 2. IX, 8, 3. 17, 8. || y. 9, 82: âaṭ aṅhê ahi aiwyâçtô bareshnus paiti gairinā̆m drâjaṅhê aiwidhâitîçca grûçca mā̆thrahê, hoc (cingulo) accinctus commoraris in cacuminibus montium, ut tuearis legesque praeceptaque Manthrae.

adstare, adesse: I, 135, 1: sutā̆so.....mádâya krátve asthiran: somae potus, ut madescas, ut vires compares, adstant. || y. 30, 2: ahmâi né çazdyâi baodañtô paiti, ad hanc nostram institutionem ei qui illustrare possint, adsint, cf. vd. 8, 282. y. 43, 20. Cum Iustio existimo paiti eadem ratione positum esse atque apud Homerum πάρα γ, 324: πάρα τοι δίφρος τε καὶ ἵπποι, aderit tibi currusque et equi. ι, 125: οὐ γὰρ Κυκλώπεσσι πάρα νῆες, non enim Cyclopibus naves adsunt = δ, 559. *E*, 603: τῷ δ' ἀεὶ πάρα εἷς γε θεῶν, huic vero semper adest unus deorum. Huebschmannus, qui vocem baodā̆ntô recte interpretari mihi videtur, vertit ita hunc locum comment. suae p. 54: ‚mögen uns zu Theil werden die, welche uns dazu erleuchten (oder erwecken) können', atque comparat y. 50, 16: athâ né çazdyâi ustâ, quae verba vertit: ‚dadurch wird uns Heil zu Theil werden.' In explicanda voce çazdyâi Haugium praeceptorem sequitur, qui non a radice çaṅh, docere, id quod Spiegelius et Iustius volunt, sed a radice çad, çadh, contingere eam derivandam esse censet. || Od. ξ, 496: ἀλλά τις εἴη εἰπεῖν Ἀτρείδῃ. I, 688: εἰσὶ καὶ οἵδε τάδ' εἰπέμεν, οἵ μοι ἕποντο. *T*, 140: δῶρα δ' ἐγὼν ὅδε (sc. εἰμὶ) πάντα παρασχεῖν. Cum his contulerim verba quae leguntur VII, 33, 1: ná me dûrā̆d ávitave vásishṭhâḥ, quae Rothius lex. Petr. I, pag. 465 vertit: ‚mögen die Vasishṭha nie fern von mir sein, um mir gütlich zu thun.'

collocare: I, 52, 8: ádhârayo divy ā̆ sū̆ryaṃ dṛiçé, collocasti in caelo solem, ut conspiceretur. VII, 1, 2: tám agním áste vásavo ny ṛiṇvan supraticákshaṃ ávase, Agnim in aedibus boni deponunt pulchrum visu tutelae causa. || *Δ*, 299: πεζοὺς στῆσεν ἔρκος ἔμεν. 156: οἶον προστήσας μάχεσθαι. *Φ*, 405.

parare: I, 28, 6: índrâya pā̆tave sunú sómam, Indrae ad bibendum

para somam. cf. VIII, 17, 12. IX, 107, 3, 9. 38, 2. IX, 38, 6 = 37, 1: eshá syá pîtáye sutó, hic ad bibendum expressus. I, 113, 16: ăraik pánthâṃ yătave sūryâya, parat viam ad eundum soli; cf. VII, 44, 5: ă no dadhikrăḥ pathyâm anaktv ṛitásya pánthâm ánvetavă u, nobis Dadhikras viam complanet, ut recti viam sequamur; I, 94, 4 = SV. II, 415: jîvătave pratarāṃ sâdhayâ dhíyó 'gne, ut vivamus amplius, perfice opus, Agnis. cf. VIII, 50, 13. I, 13, 2. IX, 51, 1 = SV. I, 499. II, 575: punîhîndrâya pătave, purifica (somam) Indrae ad bibendum. IX, 109, 11. || y. 9, 7: â mãm yâçaṇuha çpitama frâ mãm hunvaṇuha qaretéê, desidera me, Çpitamida, praepara me cibo, cf. Vsp. X, 17. || *Σ*, 374: *τρίποδας ἔτευχεν ἑστάμεναι περὶ τοῖχον. Τ*, 197: *κάπρον ἑτοιμασάτω ταμέειν. Θ*, 189: *οἶνόν τ' ἐγκεράσασα πιεῖν. Π*, 417: *τοὶ δ' ὡπλίζοντο..... ἀμφότερον, νέκυάς τ' ἀγέμεν, ἕτεροι δὲ μεθ' ὕλην.*

dare, largiri: I, 121, 14: prá no văjân rathyò áçvabudhyân ishé yandhi çrávase sûnṛítâyai, nobis divitias, vehiculis instructas, in equis positas largire, ut opibus et gloria floreamus et ut delectemur. (De voce áçvabudhya cf. ea quae Aufrechtius in ann. soc. litt. orient. germ. XXIV, p. 206 exposuit.) VI, 60, 12 = SV. II, 501: âçũn pipṛitam árvataḥ | índram agníṃ ca vóḷhave, veloces largimini equos ad Indram Agnimque adducendum. VIII, 50, 8 = SV. II, 932: tvám purŭ sahásrâṇi çatăni ca yûthă dânăya maṅhase, tu multa milia et multas centurias gregum dono das. VI, 45, 32. X, 62, 8. 85, 36. I, 91, 7. II, 27, 10. IX, 91, 6. || y. 42, 1: taṭ môi dâo ârmaitê ashem deredyâi, hoc mihi des, Armaitis, ut puritatem obtineam. y. 52, 4: tém zî vé çperedânî varânî yâ fedhrô vîdâṭ paithyaêcâ vaçtryaêibyô, hunc igitur vestrum imitabor et eligam, ut patres det ad tutandum industriis, cf. y. 11, 25. y. 43, 14: kathâ ashâi (Spieg. leg. ashâ) drujem dyãm zaçtayô | nî hîm merâzhdyâi thwahyâ mãthrâis çéñghahyâ, quomodo Ashae Drujem dem in manus interficiendam verbis sacris doctrinae tuae? || *P*, 131: *δίδου δ' ὅγε τεύχεα καλὰ Τρωσὶ φέρειν προτὶ ἄστυ. Ο*, 539. *Ψ*, 151: *ἥρωι κόμην ὀπάσαιμι φέρεσθαι. δ*, 89. *ψ*, 613. || Verg. Aen. I, 318: *dederatque comam diffundere ventis.* (cf. Lucan. Phars. V, 684: *invitis spargenda dabas tua membra procellis.*) V, 262: *loricam donat habere viro.* V, 248; 307; 538. VI, 697: *da iungere dextram.* IX, 362. Hor. od. 1, 26: *tristitiam et metus tradam protervis in mare Caspium portare ventis.* Verba quoque Ciceronis huc retulerim, quae leguntur Tusc. disput. I, 26: *nec Homerum audio, qui Ganymedem a diis raptum ait propter formam, ut Iovi bibere ministraret,* cf. *Υ*, 234: *τὸν καὶ ἀνηρείψαντο θεοὶ Διὶ οἰνοχοεύειν.* Terent. Andr. III, 2, 4: *iussi ei dare bibere.* Liv. 40, 47: *nihil prius petierunt a praetore, quam ut bibere sibi iuberet dari.* Dativo substantivi utitur Celsus III, 6: *tum demum date potui calidam aquam.* || Ex gotica lingua conferamus Matth. 25, 42: untę

gredags vas jan-ni gebuþ mis matjan, ἐπείνασα γὰρ καὶ οὐκ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν. Eis autem locis, quibus verbo *dandi* accusativus obiecti additus est, semper praepositio du infinitivo adiuncta est, velut Ioh. 6, 31: hlaif uns himina gaf im du matjan, ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς φαγεῖν.

creare, procreare: V, 83, 10: ájîjana óshadhîr bhójanâya, creasti herbas fruendi causa. IX, 23, 2 = SV. I, 502: rucé jananta sūryam, ad lucendum creaverunt solem. VIII, 86, 10 = SV. I, 370, II, 280: índraṃ jajanúç ca râjáse, krátve, Indram creaverunt ad splendorem, ad potentiam. cf. Benf. l. l. p. 231 adn. || vd. 13, 106, 108: çpânem dathem....... gaêthanãm harethrâi, canem creavi ad greges tutandos. y. 48, 9: çraotû çâçnâo fshéñghyô çuyê tastô, audiat praecepta utilis, ad utilitatem creatus. || *E*, 154: υἱὸν δ' οὐ τέκετ' ἄλλον, ἐπὶ κτεάτεσσι λιπέσθαι. *X*, 421.

nasci: V, 11, 1 = SV. II, 257. V, 35, 4: vṛíshâ hy ási rãdhase jajnishé, validus enim es, ad beneficia danda natus es. VIII, 78, 5 = SV. II, 779: yáj jãyathâ apûrvya mághavan vṛitrahátyâya | tát pṛithivī́m aprathayas tád astabhnâ utá dyãm, cum natus es, incomparabilis, ditissime, ad Vṛitram occidendum, tum terram extendisti, tum confirmasti etiam caelum, quocum conferas illud Sophoclis Antig. 523: οὔτοι συνέχθειν, ἀλλὰ συμφιλεῖν ἔφυν et illud Horatii epist. I, 2, 27: *nos numerus sumus et fruges consumere nati.*

inflammare: I, 27, 11: dhiyé vãjâya hinvatu, ad pium opus et ad bona paranda alacres nos reddito. cf. I, 111, 4; II, 22, 1 = SV. I, 457: sá îm mamâda máhi kárma kártave mahãm urúṃ, is (soma) inflammavit, ut magnum facinus perpetraret, magnum, latum. IX, 97, 4 = SV. I, 535: sómaṃ hinota mahaté dhánâya, Somam inflammate, ut magnas det divitias. IX, 99, 2 = SV. II, 981. I, 139, 6. X, 112, 1. || *X*, 253: με θυμὸς ἀνῆκεν στήμεναι. *E*, 423, *Σ*, 472. *ϑ*, 73. *M*, 320: ἔμ' ὀτρύνει κραδίη καὶ θυμὸς ἐλθέμεν ἔκ τε πυθέσθαι. *Φ*, 572: ἦτορ... ὡρμᾶτο πτολεμίζειν. *Θ*, 511. *K*, 359. *N*, 188. || Lucan. Phars. I, 67: *fert animus causas tantarum expromere rerum.* Ovid. Met. I, 1.

excitare: VIII, 4, 17: vémi tvâ pûshann ṛiñjáse vémi stótava âghṛiṇe, excito, Pushan, ad te desiderandum, excito ad celebrandum, splendens. cf. I, 117, 24. III, 53, 11. V, 1, 2: ábodhi hótâ yajáthâya devãn, experrectus est sacerdos ad deos sacrificio colendos. || y. 57, 7, 8*): nemañhê vîçâmaidê nemañhê âvaêdayâmaidê | gaêthaoçca tanvaçca nipâtayaêca nisañharetayaêca harethrâica aiwyâkhsthrâica, preces subimus, ad preces excitamus, ut bona et corpora tueamur, custodiamus, regamus, inspiciamus. y. 8, 15. 16: hakhshaya azem ciṭ yô zarathustrô fratemãm

*) Spiegelius hoc loco legit: *vîçâmaidhê, âvaêdhayaṃnaidhê, nishañharetayaêca, aiwyâkhstrâica.*

nmânanãmca vîcãmca zañtunãmca daqyunãmca añhâo daênayâo anumatayaêca anuktayaêca anvarstayaêca, excito ego qui (sum) Zoroastres principes domuum, vicorum, sodalitatum, pagorum huius legis ad meditationem, h. e. ut secundum hanc legem meditentur, loquantur, agant, cf. vd. 7, 128. 19, 86, 87. || Ex Homero conferas: *N*, 74: *θυμὸς*....*μᾶλλον ἐφορμᾶται πολεμίζειν ἠδὲ μάχεσθαι.* *α*, 275. *δ*, 713. *φ*, 399. *M*, 50: *τάφρον ἐποτρύνων διαβαίνεμεν*, *P*, 117, *θ*, 45. *O*, 119: *ἵππους κέλετο ζευγνύμεν.* 508. *M*, 235, *Ξ*, 96. *I*, 171. *Σ*, 254. *γ*, 317. *η*, 220. *ο*, 16; 6, 12. *H*, 39; 53: *αὐτὸς δὲ προκάλεσσαι Ἀχαιῶν ὅστις ἄριστος, ἀντίβιον μαχέσασθαι.* *Δ*, 389. *θ*, 228. *Γ*, 19, 432 = *H*, 218; 285: *χάρμῃ προκαλέσσατο πάντας ἀρίστους.* Eadem verba etiam cum acc. c. inf. coniunguntur, vide C. Albrechti Lubecensis commentationem uberrimam de accus. c. inf. coniuncti origine et usu homerico, Curtii symb. ad graec. et lat. gramm. IV, 1—58 insertam. || E latinis cf. Verg. A. III, 5: *desertas quaerere terras auguriis agimur*; III, 682. II, 55: *impulerat foedare.* Stat. Theb. 3, 24. 10, 737. Liv. 22, 6: *capessere impulerit.* Tac. ann. 13, 19: *impulit ire propere crimenque atrociter deferre.* Verg. A. III, 74: *hortamur fari.* III, 144; 608. X, 68. Ov. Met. VI, 150: *non admonita est cedere.* VII, 256. III, 602. VIII, 215. Stat. Theb. IV, 732. VI, 925. Achill. II, 33. Etiam Cicero verbo *hortandi* infinitivum adiunxit: pro Sest. 3: *relinquere hortatur.* ad Her. II, 19. de inv. II, 5. ad fam. XI, 20. ad Her. III, 3; apud Livium idem verbum semper particula *ut* sequitur. Ulfilas verbo timrjan, adhortari I. Cor. 8, 10 praepositionem du c. inf. adiecit, verbum gamaudjan, admonere c. inf. coniunxit II. Tim. 1, 6: gamaudja þuk anaqiujan anst guþs, *ἀναμιμνήσκω σε ἀναζωπυρεῖν τὸ χάρισμα τοῦ θεοῦ.*

corroborare: X, 66, 3: tváshṭâ no gnãbhiḥ suvitãya jinvatu, Tvashṭar cum mulieribus nos salutis causa corroboret. VIII, 82, 7 = SV. I, 119, II, 572: tám índraṃ vâjayâmasi mahé vṛitrãya hántave, eum Indram corroboramus ad magnum Vṛitram occidendum. I, 4, 9. V, 31, 4 = SV. I, 439—440: brahmãṇa índram maháyanto arkaír ávardhayann áhaye hántavã u, Brachmanae Indram celebrantes hymnis corroboraverunt ad Ahim interficiendum. IX, 106, 8 = SV. II, 677. X, 55, 7. || vd. 7, 94: yaṭ aêtê yôi mazdayaçna baêshazâi fravazâoñte, si ei qui (sunt) Mazdayaçnae ad medicinam se corroborant.

iuvare, tueri: I, 112, 12: anaçváṃ yãbhî rátham ãvataṃ jishé, quibus (sc. auxiliis) currum equis destitutum iuvistis, ut vinceret. V, 46, 7. IX, 61, 22 = SV. I, 494: sá pavasva yá ãvithéndraṃ vṛitrãya hántave, purus fluas qui adiuvisti Indram ad Vṛitram occidendum. I, 127, 2 = SV. II, 1164, VII, 101, 6: tán ma ṛitáṃ pâtu çatáçâradâya, hoc me sacrificium tueatur, ut centum annos vivam.

nuntiare: Visp. V, 6: vîçpayâoçăcaṭca ashaonô çtôis yaçnâica vahmâica khshnaothrâica fraçaçtayaêca (sc. âvaêdhayamahi), toti mundo puri ad laudem, venerationem, placationem, praedicationem (nuntiamus hoc). cf. visp. 6, 2. y. 50, 11: ké vâo vaṅhéus manaṅhô aciçtâ magâi ereshvô, quis verus vobis nuntiavit ad Vohumanum celebrandum?

invocare: I, 13, 7: náktoshăsa supéçasâsmín yajná úpa hvaye | idám̧ no barhír âsáde, noctem auroram (que) formosas in hoc sacrificio invoco, in isto stragulo ut considant. VII, 83, 6: yuvám̧ havanta ubháyâsa âjíshv índram̧ ca vásvo várunam̧ ca sâtáye, vos vocant ambo in pugnis, Indram et Varuṇam, bonorum ad largitionem. I, 112, 24: adyûtyé 'vase ní hvaye vâm, cum minus prospera alea utor, proprie: in infelici lusu auxilio voco vos. I, 16, 3; 17, 7; 19, 1; 21, 3. 22, 5, 12; 23, 3; 35, 1. 101, 1. 118, 10. cf. IX, 12, 2 = SV. II, 547: abhí víprâ anûshata găvo vatsám̧ ná mâtáraḥ | índram̧ sómasya pîtáye, sacerdotes ut vaccae nutrientes vitulo admugiverunt Indrae, ut somam biberet. || y. 70, 55: gâthâbyô çpeñtâbyô..... zbayêmi yazamadaêca nipâtayaêca nisaṅharetayaêca harethrâica aiwyâkhsthrâica, hymnis sacris..voco celebramusque ad tutandum, ad protegendum, ad nutriendum, ad custodiendum. || *K*, 197: *αὐτοὶ γὰρ κάλεον συμμητιάασθαι*; cf. *Γ*, 250. *Π*, 714: *ἦ λαοὺς ἐς τεῖχος ὁμοκλήσειεν ἀλῆναι.*

implorare: IX, 102, 4: vedhăm açâsata çriyé, sapientes implorat salutis causa. V, 14, 3; 24, 2. VIII, 12, 3; 60, 15. IX, 2, 8 = SV. II, 394. IX, 65, 16 = SV. II, 383: răjâ medhăbhir îyate pávamâno manăv ádhi | antárikshena yătave, rex sacrificiis exoratur purificans super virum, ut per aërem eat. VIII, 92, 13. X, 74, 6. || yt. 13, 35: yâo avazbayatô vyăçca vayânaçca apagatéê, quas (uterque) et fugans et fugatus implorat, ut evadat.

animum advertere: IX, 110, 7 = SV. II, 856: tvé soma prathamâ vriktábarhisho mahé văjâya çrávase dhíyam̧ dadhuḥ, tibi, Soma, ei qui primi sacra obtulerunt, ut magnam vim et gloriam adipiscerentur, animum adverterunt. Cf. verba quae leguntur in epico carmine R. I, 37, 2: gamanâyâ 'bhirocaya, ire animum inducas. || *ε*, 183: *οἷον δὴ τὸν μῦθον ἐπεφράσθης ἀγορεῦσαι.*

conciliare: VIII, 49, 10: tvăm íd...nákshâmahe vridhé, te conciliamus prosperitatis causa. VIII, 60, 14: agním îḷishvăvase găthâbhiḥ, Agnim concilia ad auxilium carminibus; cf. I, 12, 9; 117, 1; 100, 8. VIII, 19, 2; 21, 14; 24, 12. || y. 19, 79: yaṭ (qarenô) upaṅhacaṭ zarathustrem anumatéê daênayâo anuktéê daênayâo anvarstéê daênayâo, quae (maiestas) conciliavit Zoroastrem ad legibus obtemperationem, ad dicendum, ad agendum secundum leges.

desiderare: I, 10, 6: îmahe tám̧ râyé, desideramus eum ad divitias (acquirendas). III, 37, 6. || y. 64, 44, 45: naêcis aṅhâo yâçâiti zyânâi | nôiṭ çnathâi nôiṭ mahrkâi nôiṭ aênaṅhê nôiṭ apayatéê, nemo haec desideret

ad noxam, non ad plagam, non ad mortem, non ad ultionem, non impetrationis causa.

eligere: III, 9, 1 = SV. I, 62: sákhâyas tvâ vavṛimahe devám mártâsa ûtáye, amici te eligimus deum mortales, ut prosis (nobis), cf. I, 39, 7. 52, 1. || y. 45, 3: maibyô thwâ çãçtrâi (Spieg. legit çãçtrâ, acc. plur.) verenê ahurâ, mihi te institutionis causa eligo, o Ahura. || Il. *B*, 127: *ἄνδρα ἕκαστον ἑλοίμεθα οἰνοχοεύειν*. *Π*, 171: *πέντε δ' ἄρ' ἡγεμόνας ποιήσατο, τοῖς ἐπεποίθει, σημαίνειν*.

sumere: I, 81, 4 = SV. I, 423: çriyá ṛishvá upâkáyor ní çiprî hárivân dadhe hástayor vájram âyasám, salutis causa sublimis, pulcher, equis badiis instructus coniunctis manibus sumsit fulmen aeneum, cf. X, 18, 9. 85, 36. || y. 50, 17: khshayãç mazdâo ahurô ashahyâ âzhdyâi gerezdûm, potens (est) Ahuramazda, ad puritatem impetrandam (eum) prehendite.

adipisci: I, 24, 5: úd açema távãvasâ | mûrdhãnaṃ râyá ârábhe, adipiscamur tuo auxilio caput divitiarum ad incipiendum.

celebrare, praedicare, laudare: I, 44, 4: devãñ áchâ yãtave jâtávedasam agním îḷe vyùshṭishu, ut deos adire possim, sapientem Agnim celebro diluculis. VIII, 86, 11 = SV. II, 282: sám îṃ rebhãso asvarann índraṃ sómasya pîtáye, recitatores praedicant Indram, ut somam bibat. I, 22, 6: apãṃ nápâtam ávase savitãram úpa stuhi, aquarum subolem, ut opituletur, Savitrim lauda, cf. I, 38, 13; 44, 4; 61, 3; 81, 1 = SV. I, 411. V, 14, 3. Verba quoque huc pertinent quae leguntur X, 36, 5: supraketáṃ jîváse mánma dhîmahi, bene distinctum carmen, ut vivamus, pangimus, cf. I, 110, 1; 61, 5. IV, 56, 5 = SV. II, 946. || y. 60, 4, 5: dahmahêca nars ashaonô dahmãmca vañuhîm âfrîtîm fraêshyâmahî añtareca zãm añtareca açmanem | hamiçtayaêca nizhberetayaêca añrahê mainyéus, pii, integri viri piam, bonam benedictionem laudamus et in terra et in caelo, ut resistamus, ut repellamus Añramainyum; cf. y. 60, 6—14, 17. y. 17, 45. y. 67, 24, 26. y. 70, 54, 75, 78. Vsp. 23, 8, 9, 10: paitistâtêê dusmatanãmca duzhûkhtanãmca duzhvarstanãmca | uzvarezâi mâvôya mithômatanãmca mithaokhtanãmca mithovarstanãmca | aparem yaçnem çûrem haptañhâitîm ...yazamaidê, ut resistamus male cogitatis, male dictis, male factis, ad expiationem eorum quae falso mihi et cogitata et dicta et facta sunt, posteriorem yaçnam sanctum haptañhâitîm....praedicamus. y. 9, 8. y. 67, 8, 9, 10: yazamaidê thwâ ahurânê (Spieg. leg. ahurâni) ahurahê... | çûkâi manañhê çûkâi vacañhê çûkâi skyaothnahê | havañhâi urunê fradathâi gaêthanãm havañhâi ashavaçtanãm, praedicamus te, o filia Ahurae, ad illustrandas cogitationes, ad illustrandam orationem, ad illustranda opera, ad praeparationem animi, ad prosperitatem mundorum, ad praeparationem purorum.

honorare, ornare: VIII, 49, 1 = SV. II, 902: ã tvãm anaktu prá-

yatâ havíshmatî yájishṭham barhír âsáde, te honoret oblatum sacrificium ut in sanctissimo stragulo considas. IX, 104, 1 = SV. I, 568: çíçuṃ ná yajnaíḥ pári bhûshata çriyé, velut infantem sacrificiis (eum) ornate salutis causa. VIII, 59, 2 = SV. II, 284: índraṃ táṃ çumbha puruhanmann ávase, Indram orna (sc. carmine), Puruhanman, ut subveniat; cf. IX, 2, 7 = SV. II, 282. I, 64, 4. 130, 6. IX, 38, 3 = SV. II, 626. IX, 109, 20.

oblectare, exhilarare: IX, 97, 42 = SV. II, 604: mátsi vâyúm ishṭáye rădhase ca, oblecta Vayum, ut quaerat (nos) et bona det. IV, 51, 3. VIII, 4, 4 = SV. II, 1072. VIII, 15, 13: índraṃ jaítrâya harshayâ, Indram ad prosperitatem exhilara,-cf. IX, 111, 3 = SV. II, 941.

cedere, obsequi: I, 135, 1: túbhyaṃ hí pûrvápîtaye devă devăya yemiré, tibi enim, ut primus potum haurias, dei deo cedunt. || Visp. 6, 4: ahmâkem havaṅhâica ratufritayaêca ashavaçtâica verethraghnyâica hurunyâica yaṭ çaoshyañtăm ashaonăm (sc. viçé vô), ad nostram praeparationem, ad preces rite faciendas, ad puritatem victoriamque (adipiscendam), ad salutem utilium purorum (obsequor vobis).

iungere, coalescere: IX, 63, 8 = SV. II, 568: áyukta sŭra étaçam pávamâno manăv ádhi | antárikshena yătave, iunxit sol equum, illucescens super hominem, ut per aërem iret, cf. IX, 63, 9; 62, 17. 88, 2 = SV. II, 822: sá îṃ rátho ná bhurishăḷ ayoji maháḥ purŭṇi sâtáye vásûni, is velut currus capax iunctus est magnus ad multas opes praebendas. I, 87, 3; 157, 1. = SV. II, 1108: ăyukshâtâm açvínâ yătave rátham, iunxerunt Açvini ad eundum currum. I, 28, 4: yátra mánthâṃ vibadhnáte raçmīn yámitavă iva, ubi rudem religant funes veluti ad cohibendum. II, 18, 3. III, 26, 4. IV, 45, 3. VI, 34, 2. X, 60, 8. I, 48, 4: úsho yé te pra yămeshu yuñjáte máno dânăya sûráyaḥ | átrăha tát káṇva eshâṃ káṇvatamo năma gṛiṇâti nṛinăm, Aurora, qui tuis in cursibus accingunt mentem ad largiendum vates, eorum sapientissimus Kanvas nunc profecto illud nomen hominum, h. e. quod homines tibi dederunt, celebrat. || y̆. 45, 11: khshathrâis yujén karapanô kâvayaçcâ | akâis skyaothnâis ahûm mereñgaidyâi mashîm, in imperia coaluerunt surdi et caeci, ut malis facinoribus mundum corrumperent homini (proprie: quod attinet ad hominem). || Il. *Υ*, 495: *ὡς δ᾽ ὅτε τις ζεύξῃ βόας......τριβέμεναι κρῖ λευκόν.* *Ω*, 15: *Ἕκτορα δ᾽ ἕλκεσθαι δησάσκετο δίφρου ὄπισθεν.* Hisce locis *Χ*, 5: *Ἕκτορα δ᾽ αὐτοῦ μεῖναι ὀλοιὴ μοῖρ᾽ ἐπέδησεν*, *γ*, 269: *μοῖρά μιν ἐπέδησε δαμῆναι* = *σ*, 157 infinitivi actionis eventum significare videntur.

solvere, dirumpere: I, 25, 3: ví mṛiḷîkăya te máno rathīr áçvaṃ ná sáṃditam | gîrbhír varuṇa sîmahi, ad placandum (te) mentem tuam velut aurigae equum vinctum hymnis, o Varuṇa, solvimus. IV, 16, 2; 22, 7. X, 161, 1. || V, 39, 3 = SV. II, 534: téna dṛiḷhă cid adriva ă văjaṃ darshi

sâtáye, hoc (animo) vel arces, lapidibus missilibus instructe, dirumpas, ut cibum largiare; cf. V, 85, 1.

Horum verborum agmen, ut ita dicam, claudat verbum bibendi, cui saepenumero infinitivus finalis adiunctus est, velut X, 116, 1: píbâ sómam mahatá indriyấya píbâ vṛitrấya hántave çavishṭha | píba râyé çávase hûyámânah píba mádhvas tṛipád indrâ vṛishasva || bibe somam, ut magnam potentiam assequaris, bibe ad Vṛitram occidendum, robustissime, bibe, ut opes, vigorem praebeas vocatus, bibe, mellis satis, Indra, infunde! IX, 106, 8: tvấṃ devấso amṛítâya kám papuḥ, te dei scilicet ad immortalitatem (assequendam) biberunt. Cf. IX, 88, 2. 109, 2. I, 16, 6; 130, 2. II, 19, 1. III, 32, 5, 10.

Denique ex Homeri carminibus aliquot loci afferendi sunt, qui non minus quam ei, de quibus supra egimus, documento esse possunt, tales infinitivorum dativos, quales cognovimus, quippe qui sententiae explicandae sive explendae inservirent, ad qualecumque verbum finitum addi potuisse: *B*, 108: (*σκῆπτρον*) *Ἀγαμέμνονι λεῖπε φορῆναι, πολλῇσιν νήσοισι καὶ Ἄργεϊ παντὶ ἀνάσσειν*. *P*, 151. *γ*, 271. *ε*, 344. *P*, 418: *εἰ τοῦτον Τρώεσσι μεθήσομεν....ἄστυ πότι σφέτερον ἐρύσαι καὶ κῦδος ἀρέσθαι*. *σ*, 420: *τὸν ξεῖνον δὲ ἐῶμεν.....Τηλεμάχῳ μελέμεν*. *X*, 223: *τόνδε δ' ἐγώ τοι ...πεπιθήσω ἐναντίβιον μαχέσασθαι*, cf. *χ*, 213. *Ξ*, 360: *παρήπαφεν εὐνηθῆναι*. *π*, 71: *οὔπω χερσὶ πέποιθα ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι* = *φ*, 132. *N*, 96. *A*, 151: *πῶς τίς τοι πείθηται ἢ ὁδὸν ἐλθέμεναι ἢ ἀνδράσιν ἶφι μάχεσθαι*; cf. *K*, 206, *ξ*, 489. || *ξ*, 42 *ἄλλοισιν δὲ σύας σιάλους ἀτιτάλλω ἔδμεναι*. *τ*, 64: *νήησαν ξύλα πολλά, φόως ἔμεν ἠδὲ θέρεσθαι*. *ξ*, 411: *τὰς μὲν ἄρα ἔρξαν κατὰ ἤθεα κοιμηθῆναι*. *ο*, 457: *νηῦς ἤχθετο τοῖσι νέεσθαι*. *χ*, 476: *μήδεά τ' ἐξέρυσαν, κυσὶν ὠμὰ δάσασθαι*. *N*, 280: *οὐδέ οἱ ἀτρέμας ἧσθαι ἐρητύετ'....θυμός*. || *ι*, 143: *οὐδὲ προὐφαίνετ' ἰδέσθαι*. || *E*, 366: *μάστιξεν δ' ἐλάαν*, *Θ*, 45, *X*, 400, *γ*, 484, 494. *ζ*, 82. *ο*, 192, cf.. Verg. Aen. IV, 574 sqq.: *deus aethere missus ab alto Festinare fugam tortosque incidere funis Ecce iterum stimulat.* Saepe etiam reperiuntur infinitivi verbi substantivi cum accusativis substantivorum coniuncti, ut *N*, 391:. *τήν τ' οὔρεσι τέκτονες ἄνδρες ἐξέταμον .....νήιον εἶναι*. *Π*, 484, *P*, 548, *X*, 421: *ὅς μιν ἔτικτε καὶ ἔτρεφε, πῆμα γενέσθαι Τρωσί*. *ε*, 257, *ω*, 224, quibus locis infinitivos in accusativos abisse verisimile est, praesertim cum accusativus cum infinitivo coniunctus apud Homerum locis sane quam multis legatur.

Qui infinitivi in Ṛigvedae et Zendavestae locis non ita multis adiectivis et substantivis adduntur, ei omnes vim ac notionem substantivi vel adiectivi cui iunguntur accuratius definiunt, velut I, 25, 17: sáṃ nú vocâvahai púnar yáto me mádhv ấbhṛitam | hóteva kshádase pṛiyám, quo loco maxime mihi probatur M. Muelleri coniectura, qui Ess. vol. I, p. 330 adn. pro

hótâ-iva legendum esse coniecit hótrâ-iva atque vertit: ‚nunc rursus colloquamur, quod a me mel allatum est, ut a sacerdote, dulce gustatu. I, 39, 2: sthirã vaḥ santv ãyudhâ parâṇúde vîḷû utá pratishkábhe, firma sunto vestra arma ad propulsandum, dura etiam ad muniendum. VIII, 33, 9 = SV. II, 1048: ráṇâya sáṃskṛitaḥ, (heros) pugnare paratus. X, 123, 7 = SV. II, 1197: vásâno átkaṃ surabhíṃ dṛiçé, (Gandharvas) indutus velamen iucundum visui. cf. VIII, 33, 15. 47, 12. VII, 18, 6: râyé mátsyâso níçitâ, Matsyae praedae intenti. I, 122, 4, 5: auçijó huvádhyai, cupidus vocandi. E bactrico sermone huc pertinent vd. 18, 12: jayâi cinvat ustânem, capere avidus animum, quem locum difficillimum Spieg. vertit: ‚die Seele begehrend des Gewinnes wegen', cf. comment. p. 378. y. 45, 13: hvô nâ fraçrûidyâi erethwô, hic vir probus est ad laudandum, h. e. tam probus est, ut laude dignus sit. y. 48, 6: yâ vé khratéus khshmâkahyâ â manañhâ eres vîcidyâi, quae sapientia mentis vestrae recta (sunt) ad discernendum, h. e. recte discernenda sunt. y. 43, 8: yâcâ ashâ arém vaêdyâi, quas puritates scire perfectum est aliquid. y. 44, 5: aṭ fravakhshyâ hyaṭ môi mraoṭ çpeñtotemô | vacé çrûidyâi hyaṭ maretaêibyô vahistem, tum enuntiabo, quod mihi dixit sanctissimus verbum (quod) auditu optimum mortalibus. vd. 2, 58: âfs paurva (Spieg. legit paourva) vazaidhyâi, aqua larga ad fluendum. y. 32, 10: acistem vaênañhê, pessimum visui.

Cum his exemplis bene congruunt homerica, ut *O*, 570: *ἄλκιμος ὡς σὺ μάχεσθαι*. *ϑ*, 123: *ϑέειν ὄχ' ἄριστος*. *ε*, 170: *ϑεοί μεν φέρτεροί εἰσι νοῆσαί τε κρῆναί τε*. *ρ*, 347: *αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ παρεῖναι*. *ε*, 217: *εἶδος ἀκιδνοτέρη μέγεθός τ' εἴσαντα ἰδέσθαι*. *Ψ*, 310: *ἵπποι βάρδιστοι ϑείειν*. *K*, 437: *ϑείειν δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι*. *A*, 107: *αἰεί τοι τὰ κάκ' ἐστὶ φίλα φρεσὶ μαντεύεσθαι*. *K*, 402: (*ἵπποι*) *ἀλεγεινοὶ ἀνδράσι γε ϑνητοῖσι δαμήμεναι ἠδ' ὀχέεσθαι*. *ψ*, 655: *ἀλγίστη δαμάσασθαι*. *A*, 589: *ἀργαλέος γὰρ Ὀλύμπιος ἀντιφέρεσθαι*, cf. *M*, 63: (*τάφρος*) *ἀργαλέη περάαν* = difficilis transitu, *δ*, 397. *λ*, 291: *ἀργαλέαι βόες*, ubi infinitivus *ἐλάσαι* supplendus est. *Φ*, 482: *χαλεπή τοι ἐγὼ μένος ἀντιφέρεσθαι*, cf. *Y*, 131. | *M*, 54: (*τάφρος*) *περῆσαι ῥηιδίη*, *Y*, 265. *Σ*, 258: *ῥηίτεροι πολεμίζειν ἦσαν Ἀχαιοί*, cf. *Ω*, 243. | *ϑ*, 351: *δειλαί τοι δειλῶν καὶ ἐγγύαι ἐγγυάασθαι*. | *χ*, 405: *δεινὸς δ' εἰς ὦπα ἰδέσθαι*. *π*, 401. | *σ*, 4: *εἶδος δὲ μάλα μέγας ἦν ὁράασθαι*. *ζ*, 230: *τὸν μὲν Ἀθηναίη.....ϑῆκεν.....μείζονα τ' εἰςιδέειν* = *ψ*, 157. *ω*, 369. | *B*, 119: *αἰσχρὸν γὰρ τόδε γ' ἐστὶ καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι* = *X*, 305. | *γ*, 246: *ἀϑάνατος ἰνδάλλεται εἰςοράασθαι*. Hos quoque infinitivos in accusativos abisse ob eam causam crediderim, quod iuxta infinitivos accusativi substantivorum leguntur, ut: *O*, 642: *ἀμείνων παντοίας ἀρετὰς ἠμὲν πόδας ἠδὲ μάχεσθαι*. *A*, 258: *οἳ περὶ μὲν βουλὴν Δαναῶν, περὶ δ' ἐστὲ μά-*

χεσθαι. Inde ab Homeri temporibus Graecos et poetas et prosae orationis scriptores activi fere generis infinitivos tam activa quam passiva significatione ad adiectiva, ut δυνατός, ῥᾴδιος, ἱκανός, κοῦφος, χαλεπός, ἡδύς, βαρύς, ἄξιος etc. accommodasse vix est quod moneam.

Eandem dicendi consuetudinem existimo poetas Romanorum mutuatos esse a Graecis, quorum imitationem ad fines sermonis latini longius proferendos multum valuisse satis constat. Ac primum quidem poetae rationem secuti verborum, quae cum infinitivis coniungi solent, imprimis eorum, in quibus verborum *posse, velle, scire* notiones insunt, ad ea potissimum adiectiva, quae aut voluntatem et studium aut facultatem et potestatem rei efficiendae significant, infinitivos accommodaverunt.*) Cuius rei nonnulla exempla propono: Verg. Aen. II, 61: *paratus Seu versare dolos seu certae occumbere morti.* V, 108. Hor. carm. II, 17, 12: *supremum carpere iter comites parati.***) Verg. A. XII, 290: *avidus confundere.* Ovid. Met. X, 472. Lucan. VII, 843. IX, 1001. Stat. Theb. II, 663. V, 415. VI, 365. Lucan. VII, 266: *cupidus reddere.* Stat. Theb. VIII, 43. X, 457. XI, 686. Ov. Met. IX, 43: *certi non cedere.* X, 394. Ovid. Her. IV, 152. XV, 99. Stat. Theb. VII, 278: *cognoscere pronum.* || Ov. Her. XIII, 122: *promptior est referre.* Lucan. VII, 106. Stat. Theb. IX, 209. XI, 37. Lucan. VI, 685: *pollentior excantare.* Enn. Ann. 336 sqq. ed. Vahlen.: *insigneita fere tum milia militum octo Duxit dilectos bellum tolerare potentis.* Stat. Theb. II, 187: *potior queri.* Similiter Ulfilas adiectivum mahteigs, valens, potens cum infinitivo coniunxit Luc. 14, 31. II. Cor. 9, 8: mahteigs ist guþ alla anst ufarassjan in izvis, δυνατὸς ὁ θεὸς πᾶσαν χάριν περισσεῦσαι εἰς ὑμᾶς. (Cf. German. XI, 293 sqq.) Lucan. VI, 20: *facilis cedere.* II, 656. Stat. Silv. III, 1, 14: *pati perfaciles.* Theb. I, 607. III, 448: *flecti difficiles.* VII, 270. Verg. Ecl. VII, 5: *ambo Et cantare pares et respondere parati.* Lucan. IX, 190: Stat. Silv. III, 5, 50: *nec minor es reddere.* Theb. VI, 829: *non minor bellare.* Verg. Ecl. V, 1: *boni quoniam convenimus ambo, Tu calamos inflare levis, ego dicere versus* = Theocr. VIII, 4: ἄμφω συρίσδεν δεδαημένω, ἄμφω ἀείδεν. Stat. Theb. X, 876: *egregium prosternere.* Lucan. VIII, 381: *melior cessisse loco.* VIII, 482. Stat. Theb. VII, 112. X, 233. Ovid. Her. IX, 116: *ferre gravem lana vix satis apta colum.* XVIII, 23. Art. am. I, 10; 358: *apta capi.* Stat. Theb. III, 306. VII, 110. X, 250. Iuv. IV, 84: *utilis adferre.* || Hor. carm. IV,

*) De infinitivo apud Romanorum poetas a nominibus adiectivis apto egregiam commentationem a. 1861 conscripsit Kueblerus, professor Berolinensis, cui multa debeo, multa etiam exempla Weissenbornius, conlega mihi amicissimus, suppeditavit.

**) Idem vocabulum vel a gravissimis linguae latinae auctoribus cum infinitivo coniunctum esse hi loci testantur: Cic. ad fam. XV, 4: *subire paratissimus.* X, 21. XVII, 15. Tusc. II, 2, 24. Caes. b. g. I, 44: *paratum esse decertare.* II, 3. V, 1. Liv. V, 53: *pati parati.* VIII, 32. XXXVII, 35. Cf. Hildebrandi commentat. pag. 18.

14, 22: *impiger hostium Vexare turmas.* I, 5, 18: *celerem sequi Aiacem.* III, 21, 22: *segnes solvere.* Lucan. VIII, 297: *segnis trudere.* X, 398. Iuv. IV, 110: *saevior aperire.* || Hor. carm. III, 7, 25: *flectere sciens.* Verg. Aen. XII, 527: *rumpuntur nescia vinci Pectora.* Georg. IV, 470: *nesciaque humanis precibus mansuescere corda.* Ov. Her. XII, 49. Iuv. XIII, 240. Stat. Theb. III, 67: *ignara fateri.* Silv. I, 4, 40. Ov. Am. II, 7, 17: *sollers ornare.* Stat. Theb. II, 345. Lucan. V, 539: *indocilis privata loqui.* Stat. Theb. VI, 313: *indocilis teneri.* Silv. V, 1, 1; 2, 33. Ov. Met. V, 55: *tendere doctior arcus.* Am. I, 11, 1. Lucan. V, 382. IX, 294.

Deinde poetae longius progressi non modo ad adiectiva derivata a verbis, quae infinitivum adsciscunt, sed etiam ad multa alia, quae significationum quadam affinitate ad illorum notiones propius accedunt, infinitivum adhibuerunt.*) Quod ut uno demonstrem exemplo, quoniam poetis licebat verbo merendi subicere infinitivum (Prop. II, 5, 3: *haec merui sperare?* Ov. Met. XV, 111 sqq.: *prima putatur Hostia sus meruisse mori.* Her. III, 41. XX, 96. Am. III, 1, 47; 3, 37. Art. am. III, 410. Rem. 62. Pont. III, 2, 20. Lucan. II, 221. V, 318. VIII, 651), non solum adiectivis *meritus* et *immeritus* infinitivum adiunxerunt (Stat. Theb. I, 240: *meritas exscindere.* IV, 753. VII, 555. VIII, 102; 285. IX, 657: *immeritus coli.* X, 4), sed eandem rationem ad adiectiva *dignus* et *indignus* transtulerunt, cf. Ov. Met. IV, 320. XIV, 30: *dignus eras ultro poteras certeque rogari.* Her. VI, 43: *dignior ire.* XVIII, 102. Am. II, 14, 6. Art. am. I, 670. Rem. 38. Stat. Theb. IX, 50: *digna rependi.* X, 650; 902. Silv. I, 2, 117; 3, 97. V, 1, 78. Ovid. Met. II, 42: *nec tu meus esse negari Dignus es.* Art. am. I, 681: *fabula nota quidem, sed non indigna referri.* Sil. Ital. XI, 12: *et rupisse indigna fidem.*

Denique ut est apud Homerum: *μέγας ἦν ὁράασθαι,* 'sic latini poetae, imprimis Vergilius atque Horatius, infinitivos *videri, adspici, cerni* pro supinis subiecerunt adiectivis significantes, qualis esset forma et imago rerum aut sensibus corporis aut mentis oculis percepta.'**) Vergilius igitur Aen. VI, 49 sqq., ubi Sibyllae habitum describit, sic pergit: *maiorque videri Nec mortale sonans, adflata est numine quando Iam propiore dei*; Horatius autem carm. IV, 2, 57 sqq. vitulum immolandum hisce verbis depingit: *qua notam duxit, niveus videri, cetera fulvus.* Cf. Hor. carm. I, 19, 5: *lubricus adspici.* Lucan. III, 347 sqq.: *Ceres tunc horrida cerni Foedaque contingi.* Stat. Theb. VI, 731: *immanis cerni.* Silv. IV, 6, 37.

His infinitivis usitatiora fuerunt supina in *tu* sive *su* exeuntia,***) quae

*) Cf. Kuebleri commentat. pag. 17.

**) Cf. Kuebleri commentat. pag. 23.

***) De supinis linguae latinae Richterus Regiomontanus a. 1854—60 quinque commentationes accuratissime scripsit, ex quibus aliquot exempla deprompsi.

post eadem adiectiva, quae cum infinitivis a poetis coniuncta esse supra demonstravi, apud omnes scriptores latinos et vetustiores et recentiores tam multa reperiuntur, ut exempla afferre supervacaneum sit. Sed quoniam ad hanc rem delatus sum, breviter sententiam meam aperiam de his supinis, quae utrum tertio an sexto casui attribuenda essent, magna olim fuit virorum doctorum dissensio. Haec supina esse ablativos nunc est pervagata sententia,*) quam omnes quod sciam amplecti videntur, qui hisce temporibus artes linguae latinae scripserunt. Atque ipsos Romanos supina altera in ablativis habuisse praeter Prisciani testimonium**) ex eis certe quae extant litterarum monumentis colligi potest. Permultis enim locis iuxta supina et ablativos substantivorum legimus et adiectiva vel pronomina cum eis coniuncta reperimus, velut Liv. I, 39, 1: *prodigium visu eventuque mirabile.* XL, 35, 13: *dictu quam re facilius sit,* cf. XXXI, 38, 4. Plin. ep. V, 6, 23: *piscina..... strepitu visuque iucunda.* Cic. pro Cluent. 59, 164: *quam levia genere ipso, quam falsa re, quam brevia responsu.* Plin. h. n. ed. Sillig. XIV, 28: *indecora visu, sapore iucunda.* Quint. VIII, 3, 17: *ipso auditu aspera.* Gell. XVIII, 11, 2: *dictu profatuque ipso tetrae atque insuaves.* XI, 4, 2: *frequenti assiduoque memoratu dignos puto.* (cf. Richt. p. III, 5.) Itaque quid Romani de supino altero cogitaverint, perspicuum est. Sed haec res non impedit, quominus de origine horum supinorum aliter statuamus. Quae quin ex dativo originem duxerint, equidem non dubito. Primum enim cum iam antiquitus apud Romanos sing. num. dativi thematum in *u* exeuntium, in quem numerum supina referenda sunt, inter duas fluctuarent formas, quarum pleniorem in *ui,* breviorem in *u* exisse scimus,***) facile fieri poterat, ut, cum dativi et ablativi horum thematum

---

*) Ut unum eumque gravissimum auctorem afferam, Boppius de supino altero III, 297 sqq. sic disputat: ‚da die 4te Declin. auch Dative auf *û* für *ui* zulässt, so könnte man auch das Supinum auf *tû,* wo es bei Adiectiven steht, welche den Dativ regieren, als Dativ fassen, also z. B. *iucundum cognitu atque auditu* als = *cognitui, auditui.* Ich möchte jedoch dem Supinum nicht noch einen 3ten Casus zugestehen, und glaube, dass die Form auf *tû* sich überall als Ablativ auffassen lässt, und zwar in den meisten Fällen als Ablativ der näheren Bestimmung, den man durch in Ansehung, in Beziehung umschreiben kann.' Qua causa Boppius nititur dicens se nolle supino tertium casum attribuere, eam nullam esse puto. Nam cum apud veteres Indos suffixum *tu* quatuor habeat casus, accusativum *tum,* dativum *tave* sive *tavai,* genetivum et ablativum, quorum uterque in *tos* exit, cur id quod in lingua sanscrita fieri poterat, in linguam latinam cadere non possit, non intellego.

**) Priscian. ed. Hertz. VIII, 48 haec dicit: sequens quoque forma, quae in *u* terminat, *ablativus* mihi videtur ipsius nominis, quo ipsa res significatur, carens similiter praepositione, quid enim est ‚*mirabile visu*' nisi ‚*visione*'?

***) Cf. Corssen. l. l. II, 740 sqq. et Buecheleri libri: ‚Grundriss der lateinischen Declination.' 1866. p. 56 sqq.

forma ipsa iam non discernerentur, etiam supinorum origo paulatim oblivione deleretur eadem, qua infinitivorum et graecorum et latinorum originem ita oblitteratam videmus, ut eorum usum a primitiva forma plane abhorrere dicendum sit. Quo demum facto Romanos usque eo processisse existimo, ut supina non tantum adiectivis et substantivis, quae cum dativo iungi leges linguae latinae vetarent, adderent, sed etiam in eodem enuntiato praeter supina ablativis aliorum substantivorum uterentur. Deinde illud non neglegendum videtur, quod omnium adiectivorum, quae supinis adiunguntur, longe maximam partem efficiunt ea, quae cum dativo iungere licet, id quod inveni, cum Hildebrandi commentationem saepius laudatam accuratius perlustrarem,*) qui p. 21 supinum alterum a Cicerone octogies, a Livio quinquagies bis, a Caesare ter usurpatum esse docet. Utcumque res sese habet, cum talia legamus, qualia sunt apud Plautum Bacch. 62: *istaec lepida sunt memoratui* = Gell. XVI, 18. cap. inscr.: *lepida memoratu* (Plaut. Cist. II, 1, 15: *miserum memoratu*), apud Plinium h. n. VI, 203: *potui iucunda* = Gell. X, 20, 3: *dulcia potu*, apud Livium 45, 30, 2: *adeo, quanta Macedonia esset, quam divisui facilis..... Macedones quoque ignorabant,* quocum conferas 22, 40: *facilia factu,* certe magis est consentaneum supina altera, quae post adiectiva *facilis, difficilis* et similia ponuntur, ad dativum quam ad ablativum referre; cf. ea quae Buechelerus l. l. pag. 57 de hac re exposuit.

Sed redeamus ad id, unde devertimus, atque pergamus ad substantiva, quorum notiones infinitivi definire et circumscribere solent. Neque tamen eiusmodi substantiva et infinitivi tam arte inter se continentur quam in latino sermone substantiva relativa quae dicuntur et qui eis adiunguntur genetivi gerundii, sed plerique loci ita sunt comparati, ut infinitivus ad substantivum idemque ad verbum pertineat.**) Cuius rei documento sint ea quae allaturus sum exempla: I, 39, 4: yushmắkam astu távishî tánâ yujắ rúdrâso nũ cid âdhṛíshe, vestrum esto robur, Rudrae filii, ut una cum prole resistere possitis in omne tempus (omni temporis puncto vertit M. Muell. ess. I, 33). I, 104, 1: yónish ṭa indra nishấde akâri, gremium tibi, Indra, ad sedendum paratum est. I, 117, 17: jyótir andhắya cakrathur vicákshe, visum caeco fecistis ad circumspiciendum. I, 89, 2: devắ na ắyuḥ prá tirantu jîváse, dei nostram aetatem producant ad vivendum. I, 44, 6:

*) Si fidem habemus eis quae Hildebrandus congessit exemplis, apud Ciceronem haec adiectiva, quae cum dativo coniungi possunt, cum supino altero coniuncta leguntur: *difficilis* vicies quater, *facilis* quinquiesdecies, *optimus* octies, *turpis* quater, *foedus* semel, *proclivis* semel, *necessarius* semel, *commodus* semel, *iucundus* bis, *grave* bis. Itaque si ratio constat, Cicero undesexaginta locis talibus adiectivis supinum alterum adiecisse existimandus est.

**) Cf. Delbr. l. l. p. 98.

práskaṇvasya pratiránn ā̆yur jiváse, Praskaṇvae producens aetatem vivendi. VIII, 18, 22: prá sū̆ na ā̆yur jiváse tiretana, nostram aetatem ad bene vivendum producatis. VIII, 57, 12: urú ṇas tanvè tána urú ksháyâya nas kṛidhi | urú ṇo yandhi jiváse, locum nobis ipsis (et) suboli, locum habitando des, locum nobis largire ad vivendum. cf. I, 36, 8. IX, 78, 2: pûrvī̆r hí te srutáyaḥ sánti yā̆tave, multae viae tibi sunt ad eundum. I, 90, 4: ví naḥ patháḥ suvitā̆ya ciyántv índro marútaḥ, nobis vias ad bona impetranda complanent Indras (et) Marutes. IV, 37, 7. VI, 53, 4: ví pathó vā̆jasâtaye cinuhí, vias ad divitias acquirendas complana. VIII, 5, 9. 7, 8. VIII, 45, 30: kṛintád íd ví.....góbhyo gâtúṃ níretave, exsecuit bubus viam ad exeundum. X, 75, 2: prá te 'radad váruṇo yā̆tave patháḥ, tibi Varuṇas aperuit (proprie: insculpsit) ad eundum vias. X, 108, 6: ádhṛishṭo va étavā̆ astu pánthâ, inexsuperabilis vobis esto ad eundum via. X, 62, 10: dâsā̆ parivíshe, servi cibis apparandis, sicut latine dicitur: *decemviri legibus scribundis.* Hos infinitivos ex substantivis non pendere, sed tantummodo explicationis causa additos esse luculenter docet locus, qui est IX, 97, 50 = SV. II, 777: abhí vástrâ suvasanā̆ny arshâbhí dhenū̆ḥ sudúghâḥ pûyámânaḥ | abhí candrā̆ bhártave no híraṇyâbhy áçvân rathíno deva soma, effundas nobis vestes bene tegentes, vaccas bene lactantes purificatus, effundas splendida ornamenta aurea ad ferendum, equos currui aptos, o deus Soma, quibuscum verbis apte comparare possumus homerica, quae leguntur *B,* 108: σκῆπτρον Ἀγαμέμνονι λεῖπε φορῆναι. Denique ut apud latinos scriptores vox auctoris cum dativo iungi potest, cf. Cic. Att. 8, 3: *ille legibus Caecilii Metelli contra auspicia ferendis auctor,* sic in Ṛigveda vox sā̆dhanaḥ eodem modo usurpatur, cf. IX, 105, 3 = SV. II, 450: ayáṃ dákshâya sā̆dhano 'yáṃ çárdhâya vîtáye, hic est potentiae auctor, hic robori, utilitati; cum genetivo eadem vox coniuncta est VIII, 6, 3 = SV. II, 659, quo loco Indras ‚yajnásya sā̆dhanaḥ', sacrificii auctor appellatur, cf. III, 27, 8 = SV. II, 828.

Cum his ex bactrico sermone conferamus haec: vd. 20, 12, 13: viscithrem dim ayaçata âyapta khshathra vairya | paitistâtéê yaçkahê paitistâtéê mahrkahê paitistâtéê dâzhu paitistâtéê tafnu, medicinam sibi expetivit beneficio Khshathravairyae, ut resisteret morbo, ut resisteret morti, ut resisteret dolori, ut resisteret febri. Visp. 18, 13: çtaotaca*) yaçnâica vahmâica fraçaçtayaêca, hymni sacrificioque invocationique laudationique (destinati), cf. 5, 6. y. 34, 5: kaṭ vé khshathrem kâ îstis skyaothanâi, quod est vestrum imperium, quae vestra voluntas, proprie: agendo, hoc est: quid vultis, ut faciam? (Cum genetivo coniungitur îstis y. 47, 8: vaṅhéus khshathrahyâ îstis, desiderium imperii boni.) y. 33, 6: yâ verezidyâi

*) Iustius hoc loco vertit vocem *çtaotaca*: ‚er ist ein Lobpreiser'; cf. eius lexic. ling. bactr. sub voce *çtaotar*,

mañtâ vâçtryâ, qua (mente) conformasti agros ad colendum (proprie: formator eras). y. 48, 3: aṭca ahmâi varenâi mazdâ nidâtem | ashem çûidyâi, deinde in hac fide, o Mazda, posita est veritas ad utilitatem afferendam.

Similia apud Homerum leguntur *N*, 814: *χεῖρες ἀμύνειν εἰσὶ καὶ ἡμῖν*. *O*, 129: *ἦ νύ τοι αὔτως οὔατ' ἀκουέμεν ἐστί*. *E*, 725: *θαῦμα ἰδέσθαι* = *K*, 439. *Σ*, 83, 377. *ζ*, 306. *η*, 45. *θ*, 366. *ν*, 108. h. Ven. 206: *θαῦμα ἰδεῖν*. *φ*, 255: *ἐλεγχείη δὲ καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι* = *ω*, 433: *λώβη γὰρ τάδε γ' ἐστὶ καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι*. *δ*, 89: *αἰεὶ παρέχουσιν ἐπηετανὸν γάλα θῆσθαι*.

Etiam poetae latini, ubi pedestris oratio fere genetivum gerundii aut aliam verborum compositionem postulat, ibi infinitivum admittunt, cf. Verg. A. VII, 591: *ubi nulla datur caecum exsuperare potestas Consilium*. IX, 159: *obsidere portas cura datur*. 757. G. III, 124, 211. A. X, 276: *fiducia cessit Litora praecipere et venientes pellere terra*. Ov. Met. XIV, 808: *tempus adest.....praemia solvere*. Her. I, 109: *nec mihi sunt vires inimicos pellere tectis* pro '*pellendis inimicis*' sive '*ad pellendos inimicos*.' Met. X, 83: *Thracum populis fuit auctor amorem In teneros transferre mares*. 81: *multas tamen ardor habebat Iungere se vati*.

Ex gotica lingua huc refero Gal. 5, 3, quo loco subst. skula cum infinitivo coniungitur: þatei skula ist all vitoþ taujan, *ὅτι ὀφειλέτης ἐστὶν ὅλον τὸν νόμον ποιῆσαι*.

Quo rariores sunt, eo minus praetereundi videntur aliquot loci et Ṛigvedae et Zendavestae, in quibus infinitivi, qui dativi formam ostendunt, ad verbum finitum tam arte sese applicant, ut eos obiecti vices sustinere credas. Legimus enim III, 38, 1: kavī̃ñr ichâmi saṃdṛíce sumedhā̃ḥ, vates cupio aequiperare sapientia. VI, 11, 3: váshṭi prá devā̃ñ.....yájadhyai, cupit deos colere. I, 154, 6: tā̃ vâṃ vā̃stûny uçmasi gámadhyai, has vestras sedes cupimus adire. I, 30, 12. V, 74, 3. Similiter radix sparh (Pâṇ. I, 4, 36) cum dativo iuncta est VIII, 2, 18: ná svápnâya spṛihayanti, somnum non appetunt. Aliis quidem locis, ut I, 2, 4; 3, 10: yajnáṃ vashṭu, sacrificium desidera, I, 94, 3. IV, 18, 10. III, 33, 7: ā̃pó 'yanam ichámânâḥ, aquae fluxionem desiderantes, radices vaç et ish cum accusativo iunctae sunt, at si comparaverimus locum ex Zendavesta desumptum, qui est y. 42, 9: kahmâi vîvîduyê vashî, quid scire vis, ubi propter dativum vîvîduyê per attractionem ipsum pronomen interrogativum in dativo casu positum est, non erit, quod illos dativos saṃdṛíçe, yájadhyai, gámadhyai pro accusativis accipiendos esse censeamus.*) Cf. I, 48, 2: viçvasuvído bhū̃ri cyavanta vástave (sc. ushā̃saḥ) aurorae omnia bene parantes magnopere molitae sunt lucere. Ex Zendavesta haec exempla addenda sunt: y. 43, 3: vaçemî vî-

*) Boppius III, 293 hos infinitivos accusativorum instar positos esse existimavit.

duyê, volo scire; y. 29, 8: zarathustrô çpitâmô hvô né mazdâ vastî ashâicâ carekarethrâ çrâvayaṅhê, quae verba Rothius l. l. XXV, p. 9, 12 vertit: ‚er will unsere, Mazda's und Asha's, Ermahnungen verkündigen.' vd. 5, 79: khshayêitê hê paçcaêta aêsha yô ratus thrishûm aêtahê*) cithâo apaṅharstéê, potest ei postea hic sacerdos tertiam poenarum partem pro eo remittere, proprie: valet ad remissionem. (Cum his verbis cf. ea quae leguntur in Indorum carmine epico MBh. III, 16543: tvâm.....no 'tsahe paribhogâya, te frui non possum, quamquam √ sah + ut alibi cum infinitivo iungitur, ut Nal. III, 10: praveshṭuṃ katham utsahe, quomodo intrare possum?) yt. 8, 44: naêdha vîçpê hathra daêva mahrkathâi upadarezhnvañti, neque omnes hic daemones interficere (eum) audent, h. e. tanta audacia sunt, ut eum interficiant. y. 42, 12: tû môi nôiṭ... pairyaoghzhâ uziredyâi, tu mihi ne imperes, ut surgam. yt. 13, 78: yaṭ nôiṭ âpô takâi çtayaṭ, ut aquas impedire non posset, quin fluerent. y. 35, 10, 11: gavôi adâis tâis skyaothanâis yâis vahistâis fraêshyâmahî | râmâcâ vâçtremcâ dazdyâi, ob haec facinora optima expetimus in posterum pecori amoenitatemque pabulumque, h. e. amoena pascua dare.

Tali modo infinitivorum qui dativi formam habent quam late pateret usus in sermone tam sanscrito quam bactrico ex eis quae conlegi exemplis satis intellectum esse puto. Restat igitur, ut de locativo et accusativo agam. Nam de paucis infinitivis qui aut genetivo aut ablativo attribuendi sunt, non habeo, quod fusius loquar, quoniam lectorem ad ea quae supra pag. 6 et 7 exposui reicere possum. Ac locativum**) quidem et superiore et posteriore linguae sanscritae aetate nihil aliud nisi locum aut eum, in quo maneretur, aut eum, ad quem perveniretur, significasse his docemur exemplis: ṚV. V, 54, 11: áṅseshu va ṛishṭáyaḥ patsú khâdáyo, in umeris vestris sunt hastae, in pedibus anuli. I, 31, 17: daívyaṃ jánam ấ sâdaya barhíshi, divinam gentem colloca in stragulo. I, 164, 14: tásminn ấrpitâ bhúvanâni

*) Vox *aêtahê*, quam Iustius s. v. *citha* vertit: ‚dieses (Mannes)', idem mihi significare videtur atque vd. 5, 166 et 22, 2, 3, ubi praepositio *paiti* addita est: âaṭ mãm tûm baêshazyôis.... | dathâni tê *aêtahê* paiti hakaṭ hazaṅrem açpanãm, tu me sanes, dabo tibi pro eo mille equos.

**) Apud Pâṇinim I, 4, 45 (II, 2, 13. III, 4, 76) locativus explicatur verbis: ‚âdhâro 'dhikaraṇam', h. e., ut Boehtlingki verbis utar lex. Petr. s. v. âdhâra: ‚der Behälter (einer Handlung heisst) adhikaraṇa (die Beziehung des Locativs).' Cf. comment. ad Pâṇ. II, pag. 419 s. v. âdhâra, ubi Boehtl. haec addit: ‚der âdhâra heisst aupaçleshika, wenn etwas an ihm, auf ihm, oder in ihm stattfindet; vaishayika, wenn er das Ziel oder das Object der Handlung ist; abhivyâpaka, wenn er von einem Gegenstande vollkommen durchdrungen ist. cf. comm. ad I, 4, 45 pag. 69. Perbene egit de locativo Delbrueckius in libro qui inscribitur: ‚Ablativus, Localis, Instrumentalis im Altindischen, Lateinischen, Griechischen und Deutschen' Berlin 1867. pag. 27—49; cf. etiam ea quae Autenriethius l. l. pag. 20, 28 sqq. exposuit.

víçvâ, in eo omnes res positae sunt. VII, 46, 2: jā́su no bhava, apud prolem nostram commorare. Hitop. ed. Schleg. et Lassen. 9, 3: asti godâvarîtîre çâlmalîtaruḥ, est in ripa Godâvaris arbor bombax heptaphyllum. 10, 8; 17, 18: aham atrâ 'raṇye bandhuhîno mṛitavan nivasâmi, ego hic in silva amicis privatus tanquam mortuus habito. 18, 6, 7. 21, 8, 16, 17. Nal. I, 12: tatra sma râjate bhaimî.... sakhîmadhye, ibi splendebat Bhaimia in amicarum medio. I, 13, 14, 16, 19. V, 28. X, 5. II, 28: atha devâḥ pathi nalan dadṛiçur bhûtale sthitam, at dei in via Nalam viderunt in terrae superficie stantem. || ṚV. I, 1, 4: (yajnáḥ) devéshu gachati, sacrificium ad deos it. V, 1, 4: agním áchâ devayatā́m mánâṅsi cákshûṅshîva·sū́rye sáṃ caranti, ad Agnim piorum animi ut oculi ad solem tendunt. I, 18, 8. 34, 4: trír vartír yâtaṃ trír ánuvrate jáne, ter domum venite, ter ad populum obsequentem. 32, 14: hṛidí yát te..... bhī́r ágachat, in cor cum tibi timor penetraret. I, 30, 18. VIII, 46, 9. Lass. anthol. Sanscr. ed. II. p. 4, 3: tan mṛitakam punar vṛikshe yâsyati, cadaver rursus in arborem escendet (cf. Aufrecht. l. l. I, 112 adnot.). SV. II, 9, 2, 12, 2: apsu retaḥ çiçriye, in aquas semen penetravit. Lassen. anth. p. 31, 5: sâ kanyâ.... râkshasena vindhyâdrau nîtâ, puella a daemone in Vindium montem ducta est.

Haec motus finisque significatio cum in locativo iam antiquissimis temporibus inesset, fieri non potuit, quin is casus ad dativum proxime accederet. Sic aliquot Ṛigvedae locis locativum paene dativi munere fungi credideris, velut I, 10, 6: tám ít sakhitvá îmahe táṃ râyé tám suvī́rye, eum ad societatem desideramus, eum ad divitias, eum ad potentiam (assequendam). 31, 7: tváṃ tám agne amṛitatvá uttamé mártaṃ dadhâsi çrávase divé-dive, tu, Agnis, ad summam immortalitatem hominem (aptum) reddis, gloriae cotidie; cf. I, 9, 3. 16, 4. 27, 4. Eiusdem generis sunt exempla posterioris aetatis: Nal. III, 6: teshâm anyatamam devam patitve varayasva ha, horum unum deum in coniugium elige. V, 1: âjuhâva mahîpâlân bhîmo râjâ svayamvare, advocavit terrae custodes Bhîmus rex ad mariti electionem. V, 18: yathâ me naishadho vṛitaḥ patitve, sicut a me Naischadhus electus est in coniugium. V, 26, 29.

Saepius in Zendavesta locativos iuxta dativos nullo significationis discrimine positos*) reperimus, ut y. 67, 4, 5: mâvayaca zaothrê paiti jamyâo | daçvare baêshazâica fradathê (loc.) varedathâica havaṅhê (loc.) ashavaçtâica haoçravaṅhê (loc.) hurunyâica verethraghnê (loc.) frâdaṭgaêthâica, ad me, Zaothra, pervenias ad sanitatem medicinamque, ad adiuvandum augendumque, ad praeparationem puritatemque, ad gloriam salutemque animi, ad victoriam prosperitatemque mundi. [cf. y. 67, 10: havaṅ-

*) Cf. Spieg. commentar. pag. 368, grammat. pag. 290 sqq.

hâi urunê fradathâi gaêthanãm havañhâi ashavaçtanãm, (celebramus te) ad praeparationem animi, ad prosperitatem mundorum, ad praeparationem purorum.] Visp. 18, 8: frameretayaêca fraokhtayaêca verethraghnê ashaonê, ad pronuntiationem, ad recitationem, ad victoriam puri. yt. 13, 68. vd. 9, 196. 13, 26. visp. 18, 7.

Locativus igitur ob eam ipsam vim quam enucleavimus quo propius a dativo aberat, eo magis fortasse idoneus ad infinitivi partes suscipiendas fuit. Qui usus locativi exemplis linguarum et bactricae et sanscritae posterioris aetatis et persicae, cuius parvae reliquiae in inscriptionibus cun. extant, confirmatur et comprobatur.

Bactrica: y. 33, 13: rafredhrâi vourucashânê dôishî môi vé abifrâ, ut gaudeam, ut longe lateque doceam, prospicis mihi vestro certo. y. 50, 1: taṭ né nûcîṭ vareshânê, hoc (optimum regnum da) nobis nunc ad colendum. y. 8, 4: qarata narô astem myazdem yôi dim hañhâne, edite viri hanc carnem, qui ea estis digni. y. 32, 6: yâis çrâvayêitê yêzî tâis athâ hâtâ marânê ahurâ, quae verba Iustius vertit: ‚wenn mit dem, was verkündet ist, du, o Ahura, dann (bist) beim Abrechnen der geschehenden (Thaten).' vd. 3, 87 sqq.: yô imãm zãm aiwiverezyêiti çpitama zarathustra..... | âaṭ aokhta îm zâo nara yô mãm aiwiverezyêhi.... | bâdha idha aêni berethê, qui hanc terram colit, Çpitamida Zoroastres, adfatur eum terra (sic): vir, qui me colis, semper huc veniam ad ferendum (fructum). vd. 2, 19: yimô açti berethê khshathrayâo, Yimas est sustentando imperio. (Iustius vertit: ‚Yima ist in Absolutheit der Herrschaft, d. h. was er gebietet, geschieht.' cf. lex. p. 218 s. v. beretha.) vd. 2, 36: barethrê (Spieg. legit berethri) paçvãmca, ad ferendum pecudes. yt. 10, 82: yêñhê fradathaṭ baêvare dôithranãm vîdôithrê, cui decem milia oculorum dedit ad spectandum.

Quae exempla substantivorum sanscr. ana suffixo formatorum, quorum locativi infinitivi munere funguntur, iam pag. 16 attuli, eis hoc loco nonnulla adiungam: Nal. VII, 10: tam akshamadasammattaṃ suhṛidân na tu kaçcana | nivâraṇe 'bhavac chakto dîvyamânam, eum talorum furore dementem amicorum non vero quispiam avertendi erat potens ludentem. XVII, 29: nalasyâ 'nayane yata, ut Nalam adducas, operam da. XXI, 35: dûtîm prasthâpayâmâsa naishadânveshaṇe çubhâm, nuntiam pulchram misit ad Naischadham inquirendum. MBh. 14, 2072: açvamedhasya cakârâ 'haraṇe matim, sacrificium equinum perficere cepit consilium. Hariv. 4564: yadi te çravaṇe matiḥ, si tibi audiendi voluntas est. R. Gorr. 2, 55, 1: dadhatur gamane matim, ceperunt eundi consilium. MBh. 3, 875: yuddhe matim adhârayam | vadhâya çâlvarâjasya saubhasya ca nipâtane, in pugna cogitavi Çâlvam regem interficere Saubhamque delere.

Imprimis huc pertinent infinitivi persicae linguae, quam dativo caruisse

scimus*): Bh. II, 32, 33: paraitâ patish Dâdarshim hamaranam cartanaiy, profecti sunt contra Dâdarshim, ut proelium facerent. III, 58, 59: paçâva hauv kâra ashiyava tyam Vahyazdâta frâishaya abiy Vivânam hamaranam cartanaiy, deinde is exercitus profectus est, quem Vahyazdâtas miserat, ad Vivânam ad proelium faciendum. K. 20, 21: ima çtânam hauv niyashtâya**) kañtanaiy, hunc locum fodi iussit. K. 23, 24: adam niyashtâyam imam dhipim nipishtanaiy, ego iussi hanc inscriptionem inscribi.

A locativo facilis est transitio ad accusativum,***) cuius formam quandam infinitivorum partem prae se ferre supra pag. 5 et 7 vidimus. Quemadmodum enim ille praeter alias significationes finem, ad quem pervenitur, designat, sic hic ipsum qui petitur finem remque ad quam actio dirigitur indicat. Atque in hoc quidem accusativi usu Indi et antiquioris et recentioris aetatis, Bactriani, Persae, Graeci, Romani inter se consentiunt, qui omnes cum verbis *eundi, movendi* et sim. eiusmodi accusativos ad directionem notandam iungere solebant. Cuius rei exempla haec sunt:

Vedica: (√i) ṚV. V, 6, 1 = SV. I, 425. II, 1087: agníṃ tam manye yó vásur ástaṃ yáṃ yánti dhenávaḥ, Agnis memini, qui dives (est), cuius domum eunt vaccae. V, 44, 14, 15 = SV. II, 1176—77: agnír jâgâra tám u sã̂mâni yanti, Agnis semper vigilat, ad eum cantus eunt. II, 30, 2: divé-dive dhúnayo yanty ártham, cotidie frementes (fluvii) aggrediuntur opus. I, 163, 9: devã́ íd asya havirádyam âyan, dei eius oblatum sacrum adierunt. I, 141, 8. III, 62, 13. IV, 47, 2 = SV. II, 979. VII, 3, 3. VIII, 34, 1. IX, 86, 16. 97, 22, 31, 34. || √gam: VII, 74, 1 = SV. I, 303. II, 101: víçaṃ-viçaṃ hí gáchathaḥ, nam singulas domos aditis. II, 41, 2: gántâsi sunvató gṛihám, is sacrificantis domum. VIII, 87, 3: ágacho rocanáṃ diváḥ, ibas ad splendorem coeli. IX, 38, 1, 4: gáchañ jâró ná yoshítam, iens ut adulter ad mulierem. I, 16, 8; 39, 9; 34, 7; 116, 25. VII, 12, 1. VIII, 2, 18. IX, 90, 1; 101, 5. X, 40, 3. || √yâ: IX, 64, 15: punânó devávîtaya índrasya yâhi nishkṛitám, purgatus ad deorum epulum

*) Cf. p. 16.

**) Cf. ea quae H. Kernius de huius vocis scriptura in ann. soc. litt. or. germ. XXIII, p. 213 exposuit.

***) Pâṇinis I, 4, 49 varia accusativi genera voce karman comprehendit, de qua Boehtlingkius in lex. Petr. I, p. 138 ita disputat: ‚karman ist das nächste Ziel des Agens, das Object einer Handlung, die Kategorie des Accusativs.' Man unterscheidet vier Arten von karman: a) nirvartya, was neu hervorgebracht wird (ghaṭaṃ karoti, figlinum facit, putram prasûte, filium procreat); b) vikârya, was durch eine Umwandlung hervorgebracht wird, sei es, dass der Grundstoff dabei ganz verschwindet (kâshṭam bhasmà karoti, lignum in cinerem vertit) oder nur eine andere Form annimmt (suvarṇaṃ kuṇḍalaṃ karoti, aurum vertit in anulum); c) prâpya, was als ein erstrebtes erreicht wird (grâmaṃ gacchati, in vicum it, candram paçyati, lunam videt); d) anîpsita, das unerwünschte (pâpaṃ tyajati, malum relinquit).' Cf. Boehtlingki comment. ad Pâṇin. II, pag. 441 s. v. karman.

Indrae adi constitutam sedem. IX, 86, 32. II, 11, 17. || √car: I, 10, 3: áthâ na indra somapâ girā̂m úpaçrutim cara, deinde, Indra, somae potor, nostros cantus auditum accede. || √viç: VIII, 81, 22: ā̂ tvâ viçantv índavaḥ samudrám iva síndhavaḥ, ad te fluunt Indavae ut in mare flumina. I, 11, 5. IX, 28, 2; 62, 19; 86, 19; 95, 3; 107, 10. || √pû: IX, 97, 31 = SV. I, 534: pávase dhā̂ma gónâm, fluis in domum boum. || √naksh: IX, 93, 1 = SV. I, 538, II, 768: drónaṃ nanakshe átyo ná vâjī, ad cupam accedit ut equus velox. || √sad: IX, 106, 7; 107, 4: ā̂ ratnadhā̂ yónim ṛitásya sîdasi, bona largiens in gremio sanctissimi considis. IX, 97, 4, 37. IX, 19, 3; 2, 2; 62, 4, 7; 82, 1. X, 189, 1.

Sanscr. poster. aet.: Nal. IX, 8: sa gacched vadhyatâm mama, is eat in occisionem mei. II, 13: indralokam ito gatau, in Indrae mundum hinc profecti. Hitop. 25, 16: vivaram pravishṭaḥ vâyaso 'pi s̀vasthânaṃ gataḥ, in antrum profectus est, cornix quoque in nidum suum volavit. 19: sthânântaraṃ gantum icchâmi, in alium locum ire cupio. 27, 1. Hitop. I, 165: nipânim iva maṇḍukâḥ saraḥ pûrṇam ivâ 'ṇḍajâh | sodyogaṃ naram âyânti vivaçâḥ sarvasampadaḥ || ut ranae in stagnum, ut aves in lacum plenum, (sic) ad diligentem virum eunt (quamvis) nolentes omnes fortunae, h. e. necessario, sponte viro diligenti omnia bona contingunt. Sarasvatîkaṇṭhâbharaṇa II, 89*): tyâgena yuktâ divam utpatanti tyâgena hînâ narakaṃ vrajanti, (viri) abstinentia praediti (ad) caelum se tollunt, abstinentia privati ad inferos eunt.

Bactrica: y. 42, 12: ashem jaçô, ad puritatem veni. vsp. 8, 15: yâ dim jaçaiti, quae (vis) eum adit. vd. 2, 58: tem âfs.....çadhayāṭ, ad eum aqua veniet, cf. Iust. lex. p. 264 s. v. 1 vaz. || yt. 8, 7: taṭ dim ahurô mazdâo avān dâta taṭ âpô urvarâoçca, deinde ad eum Ahura Mazda creator, deinde aquae plantaeque se convertunt, yt. 8, 38. || G. 2, 8: yaṭ açti...... bareshnavô avańhê ashnô ghimatem, quae (contio) in cacumina huius caeli venit, proprie: est veniens, cf. Iust. lex. s. v. ghim p. 106. || y. 43, 17: kathâ..zarem carâni, quando societatem inibo? || vd. 13, 102: yêzi nôiṭ.. apô...nâvayâo paidhyâiti, si non in aquas fluentes devenit, cf. vd. 15, 18. 4, 150. || yt. 15, 43: avaṭ vayus bâ nāma ahmi yaṭ va dāma vyêmi yaçca dathaṭ çpeñtô mainyus yaçca dathaṭ añrô mainyus, ideo Vayus nominor, quod ad utramque creaturam eo et ad eas, quas Çpeñtamainyus creavit et ad eas, quas creavit Añramainyus (cf. Iust. lex. s. v. vî).

Persica. (Spieg. l. l. p. 171, 73) Bh. I, 32: paçava kambujiya mudrâyam ashiyava, deinde Cambyses in Aegyptum ivit. II, 28: araçam mâdam, veni in Mediam. II, 30: adam frâishayam arminam, illum misi

*) Aufrechtius ann. soc. litter. orient. germ. vol. XXV, pag. 239 inter alia inedita hunc locum affert.

in Armeniam. I, 84: bâbirum ashiyavam abi avam naditabiram, Babylonem profectus sum contra illum Naditabiram.

Graeca: Ex larga exemplorum copia, quae Iacob. La Roche in studiis Homericis §§. 50—54 congessit, nonnulla proponam: *A*, 139: *ὅν κεν ἵκωμαι*. *ψ*, 259: *ἐπεὶ ἄρ σε θεοὶ ποίησαν ἱκέσθαι οἶκον ἐϋκτίμενον καὶ σὴν ἐς πατρίδα γαῖαν*. *X*, 462: *ἀνδρῶν ἶξεν ὅμιλον*. 483: *Ἀΐδαο δόμους... ἔρχεαι*. *α*, 176: *ἴσαν ἀνέρες ἡμέτερον δῶ*. *σ*, 194. *χ*, 6. *H*, 335: *ὅτ' ἄν αὖτε νεώμεθα πατρίδα γαῖαν*. *O*, 219: *δῦνε δὲ πόντον ἰών*. 345: *δύοντο δὲ τεῖχος*. Eodem modo Attici et posteriores epici dixerunt, ut Soph. Trach. 159: *πολλοὺς ἀγῶνας ἐξιών*. Eurip. Troad. 889: *πέμψομέν νιν Ἑλλάδα*. Apollon. Arg. IV, 1706: *κατ' οὐρανοῦ ἵκεο πέτρας*. I, 78: *οὐ μὲν ἔμελλεν νοστήσειν Κήρινθον*.

Apud Latinos hic accusativi usus rarior est. (cf. Autenrieth. l. l. p. 19.) Nam praeterquam quod nomina propria urbes et insulas significantia post verba *eundi* et sim. in accusativo poni solent et praeter usitatissimas dictiones ‚*domum, domos, rus, foras, exsequias, infitias, suppetias* ire', poetae fere soli hoc dicendi genus admiserunt, cf. Verg. A. I, 365: *devenere locos*. IV, 125, 166. VI, 638. VI, 696: *tua me, genitor, tua tristis imago.... haec limina tendere adegit*. II, 742: *tumulum antiquae Cereris sedemque sacratam Venimus*. I, 2. II, 781. VI, 346. Ecl. I, 65. Ecl. I, 64: *ibimus Afros*. Ovid. M. III, 462: *verba refers aures non pervenientia nostras*. Sil. Ital. IV, 763: *optatos venere lacus*.

Haec igitur accusativi vis causa est, cur in Ṛigveda cum verbis quae motum significant pars infinitivorum in *tum* et *am* finitorum iuncta sit, ut I, 164, 4: kó vidvā̆ṅsam úpa gât práshṭum etát, quis scientem adiit rogatum hoc? VII, 86, 3: pṛiché tád éno varuṇa didṛíkshūpo emi cikitúsho vipṛícham, rogo hoc peccatum, Varuṇa, cupidus videndi, sapientes adeo rogatum; cf. X, 69, 9. IV, 9, 1 = SV. I, 23: iyétha barhír âsádam, venis in stragulo sessum. IX, 71, 6: çyenó ná yóniṃ sádanaṃ dhiyā̆ kṛitáṃ hiraṇyáyam âsádam devá éshati, falco velut in gremio, in sede arte parata, aurea considere deus festinat. IX, 101, 15 = SV. II, 738. IX, 8, 3 = SV. II, 530: índrasya soma rā̆dhase punânó hā̆rdi codaya | ṛitásya yónim âsádam, dirige purgatus, soma, Indrae cor, ut largitionis causa in gremio sanctissimi considat.

Eodem modo Umbri et Latini usi sunt supinis in *tum* finitis, quod his elucet exemplis*): Tab. I^b 10: pune puplum aferum heries, avef anzeriatu etu = Tab. VI^b 48: pone poplo afero heries, avif aseriato etu, h. e. cum populum circumferre voles (sive volet) aves observatum ito. Tab. VI^a 1: poei angla aseriato eest, h. e. qui.....as observatum ibit. Tab. I^b 21:

*) Cf. Aufrechti et Kirchhoffi libr. §. 61.

enumek: ETATU IKUVINUS = Tab. VI[b] 63: eno deitu: ETATO IJOVINUR, h. e. tunc dicito: itatum, Iguvini, quo loco fortasse tale verbum, quale est ‚veniamus' cogitatione supplendum est, ut supinum unde pendeat habeat. Verisimile est etiam in formis: vaçetum ise (Tab. I[b] 8) = vaçetom efust (Tab. VI[b] 47), ubi tabulae ‚*vaçetumise*' et ‚*vaçetome fust*' exhibent, supina latere. Latini autem non modo verbis *eundi, veniendi, mittendi* et sim., sed omnino eis verbis, in quibus finis consiliique significatio inest, supinum in *tum* desinens ita subiecerunt, ut ‚*recipere* aliquem sessum, comissatum, *dare, collocare* alicui aliquam nuptum, *dividere* copias hiematum' dicerent.

Cum his quamvis prorsus congruant exempla ex lingua sansc. posterioris aetatis petita, qualia legimus Hit. 15, 7: bandhanaṃ chettuṃ satvaram upasarpati, vinclum solutum festinanter adiit, 47, 17: pânîyam pâtuṃ yamunâkacham agamat, aquam bibitum ad Yamunae ripam ivit, tamen infinitivum aeque ac vedicos dativos ad finem designandum esse usurpatum his locis perspicitur: Hit. 127, 1: maṇḍûkân udvoḍhum atra tishṭhâmi, ut rānas portem, hic sto; 93, 21: râjâ mantrayitum upavishṭha âha, rex postquam ad deliberandum consedit, dixit; Bhartṛ. ed. Bohl. II, 96: tâm ârâdhaya satkriyâm bhagavatîm bhoktum phalaṃ vâñchitam, illam cole boni operis deam, ut fruare fructu exoptato, quo loco non opus est verba ‚si vis' ex adiectivo vâñchitam supplere, ut Bohlenus vult, qui comment. pag. 211 scholiasten sequitur ita interpretantem: yadi vâñchitam phalam bhoktum icchasi, si exoptato fructu frui vis.

Altera pars infinitivorum vedicorum obiecti quod dicitur munere fungitur, quippe quae ex verbis (arh, av, aç, vaç, vid, çak) quae accusativum obiecti asciscunt, pendeat, ut V, 79, 10: dātum arhasi, dare potes. III, 48, 1: sadyó ha jâtó vṛishabháḥ kanînaḥ prábhartum âvad ándhasaḥ sutasya, modo natus iuvencus afferre avebat herbas somae. IV, 8, 3: sá veda devá ânámaṃ devāñ, deus scit adducere deos. I, 94, 3 = SV. II, 416: çakéma tvâ samídham, utinam possimus te accendere. X, 44, 6: ná yé çekúr yajníyâṃ nāvam ârúham írmaívá té ny àviçanta képayaḥ, qui non potuerunt sacras naves conscendere, hoc loco ei consederunt trementes (?).

In Zendavesta eiusmodi infinitivum repperi nullum. Nam ‚raodhayām', quod exemplum Boppius II, p. 505 affert ex Vendid. VI. 10: yêzi vaçen aêtê mazdayaçna zām raodhayām, si volunt Mazdae cultores terram colere, non magis pro infinitivo habuerim quam ‚*divamnem*', quod legitur y. 31, 20: yé âyaṭ ashavanem divamnem, qui venit probum virum deceptum, quamvis utramque vocem infinitivo reddere liceat. Ceterum cum illo exemplo, quod Boppius affert, aptissime comparare possumus verba, quae leguntur Çâk. ed. Chézy. 6, 6: icchâmi tvâṃ varârohe bhajamânâm, proprie: volo te, pulchrisnatibus praedita, cultam, h. e. te semper colere volo, cf. Hoeferi libri pag. 68.

Mirum sane videri potest, quod in Ṛigveda et Zendavesta in tanta

variorum infinitivorum ubertate, praesertim cum in Ṛigveda quidem accusativum substantivorum infinitivi partes agere viderimus, nullum accusativi cum infinitivo coniuncti vestigium apparet.*) Cuius rei causam inde existimo repetendam esse, quod apud veteres Indos et Bactrianos infinitivi plenam substantivi vim ac naturam ita servaverunt, ut usus eorum formae casuali quam quisque prae se ferret semper responderet. Quo magis autem infinitivus a primigeniae suae formae vi recedebat et quo propius a verbo aberat, ex quo verbi et tempora et genera significare coepit, eo facilius fieri potuit, ut structura accusativi cum infinitivo oreretur ortaque latius pateret. Quae quantam vim in orationem et amplificandam et perpoliendam exercuerit, testis est imprimis Graecorum Romanorumque lingua. Orationem enim obliquam quae vocatur, ut hoc unum commemorem, apud Romanos certe accusativo cum infinitivo tanquam fundamento niti quis est qui neget? Hoc autem dicendi genere, quod Graeci et Romani maxime excoluerunt, neque Indi neque Bactriani usi sunt,**) quorum lingua simplex et candida a nimis longa contortaque sententiarum continuatione abhorreret. Quae res cum docet quem eruditionis gradum veteres Indi et Bactriani consecuti sint, tum eadem haud scio an argumento esse possit, quam non idonea utriusque populi lingua structurae accusativi cum infinitivo fuerit. Attamen in lingua sanscrita posterioris temporis, quae infinitivis in *tum* finitis fere utebatur, nonnulla exempla accusativi cum infinitivo quamvis rara sint reperiuntur, ut Sâv. 5, 100: yadi mâṃ ca jîvitum icchasi, si me vivere cupis; Sôm. Vrh. K. p. 314, 172, quod exemplum Hoeferus libri sui p. 122 profert: râjânaṃ snâtuṃ tatra dadarça, regem ibi lavare vidit, sed usitatior accusativus cum participio coniunctus videtur fuisse, cf. MBh. 3, 345: yadi..... kauravyân jîvamânân ihe 'cchasi, si Kauravyas vivere cupis. N. XVII, 28: mâṃ ced icchasi jîvantîm, me si cupis vivere. Çâk. Chez. 158, 6: ahaṃ tvayâ pratyabhijnâtam âtmânam icchâmi, ego a te agnosci cupio. (cf. lex. Petr. I, 823.) Post verba *dicendi* et similia utrum accusativus cum infinitivo sit statuendus necne, certo diiudicari nequit, quoniam haec verba cum accusativo pers. iungi solent, cf. Nal. IX, 17: damayantîm athâ 'bravît, Damayantiae deinde dixit. X, 25: evam uktvâ priyâm bhâryâm, sic fatus ad amatam uxorem. VII, 4: pushkaram âhe 'dam, Pushkarae dixit hoc. Itaque verba quae leguntur Hitop. 57, 6: râjyasukham parityajya sthânântaraṃ gantuṃ katham mâṃ sambhâshase ita accipienda sunt, ut mâm ex verbo finito sambhâshase pendeat, atque vertenda: imperii iucunditate relicta in

*) Legimus quidem y. 43, 17: çarôi bûzhdyâi haurvâtâ ameretâtâ, ut in imperio sint Haurv. et Ameret., quo loco infinitivo bûzhdyâi duo accusativi dualis adiuncti sunt, tamen huic rei non tam multum tribuerim, ut Bactrianos iam hanc structuram novisse inde colligam.

**) Cf. Jolly l. l. pag. 124 sqq

alium locum (te) ire quid mihi dicis? Quantopere autem viri docti in ea structura explananda sudaverint, quot et quam varias protulerint sententias, singillatim enarrare cum longum sit, lectorem ad Albrechti commentationem supra laudatam reicio. Mihi quidem huic difficillimae rei aliquid lucis afferre videtur altera illa structura accusativi cum participio coniuncti, quae quia omnibus ariacae stirpis linguis communis est, antiquissima habenda est. Nam quod mea quidem sententia eo demum tempore accusativus cum infinitivo existere potuit, quo infinitivus oblitterata formae casualis vi iam nihil aliud nisi notionem verbi per se ipsam spectatam significabat, infinitivus ob eam causam maxime idoneus erat, qui participii loco poneretur, quod factum esse in vernaculo sermone videmus. Quis est enim nostrum qui dicat: ‚ich höre den Vogel singend', quamquam maiores nostri ita locuti sunt? Sic via infinitivum aliis verbis addendi patebat remotisque angustioribus finibus, quibus nascendi initio haec structura continebatur, ad tantam vim pervenire poterat, quantam eam in Graecorum Romanorumque lingua adeptam esse scimus. Sed utcumque res sese habet, si ea*) consideramus, quae legimus MBh. I, 5962: tâṃ viditvâ ciragatâm, postquam animadvertit eam diu ivisse, h. e. diu abesse, et Kathâs. 64, 49: na viveda gatâṃ niçâm, nescivit noctem abisse, id saltem pro certo affirmaverim accusativum infinitivo adiunctum proprie ex verbo enuntiationis primariae, quae est Curtii sententia,**) pendere obiecti loco.

Eis quae usque ad hunc locum disputavimus cum infinitivorum vedicorum et bactricorum usum cum genuina eorum forma consentire satis demonstravisse mihi videar, non alienum est transire ad eos infinitivos linguae sanscritae posterioris aevi, graecae, latinae, goticae, qui post varia verba, adiectiva, substantiva ita ponuntur, ut, si solam grammaticam rationem spectamus, non modo locum aut accusativi aut nominativi, id quod plerumque fit, obtineant, sed etiam vices aut dativi vel locativi aut genetivi vel ablativi suscipere videantur. Ac primum quidem eos enumeremus, qui ex verbis quae accusativum obiecti admittunt pendent, ad quem numerum ante omnia verba auxiliaria referenda sunt, quae ‚infinitivis adscitis sua quasi quaedam complementa inveniunt atque tam firmiter eis adhaerescunt, ut unam iam cum eis notionem efficiant': ***)

velle, malle, nolle. Exempla sanscrita†): √ish: MBh. II, 1430: kṛishṇaḥ yam âdâtum icchati tasya samplavate buddhiḥ, quem Kṛishṇas perdere vult, eius mens fluctuat. Hitop. 25, 19: sthânântaraṃ gantum icchâmi, in aliam regionem migrare volo; cf. Hit. I, 161. 7, 21. 45, 1, 11;

*) Vide lex. Petr. s. v. 1. *vid.*

**) Cf. Curt. gramm. graec. §. 567.

***) Cf. Kuebleri comment. pag. 6.

†) Verba quae cum infinitivo coniunguntur Pâṇinis III, 4, 65, 66 enumerat.

49, 7; 69, 3; II, 140. 91, 9. IV, 12. 117, 20. IV, 35. || √arh: Nal. VI, 15: kartuṃ sâhâyyam arhasi, facere auxilium velis. Hitop. 54, 8: na vaktum arhasi, noli dicere; II, 74: mâṃ râjan nâ 'vajnâtuṃ tvam arhasi, me, rex, aspernari noli. Pro his verbis Indi saepissime forma verbi desiderativa utuntur, cf. titîrshati (√tar) = transire cupit, mumûrshati (√mar) = moriturus est, adhijigâṅsate (√gam + adhi) = legere vult, jigamishati (√gam) = ire cupit, jighâṅsati (√han) = occidere avet.

Bactrianos quoque verbis desiderativis usos esse hi Zendavestae loci testantur: vd. 15, 46: aêtahmâṭ puthrâṭ mimarekhshaṅuha (√mar, mareñc), hunc filium interficere quaere. yt. 13, 49. 73: avaṭ avô zîshnâoṅhemnâo (√zan, khshnâ), illud auxilium cognoscere cupientes. y. 39, 2: jîjisheñtî (√ji, vivere), vitam (nostram) servare volunt. vd. 15, 42: hanâm ......jijishaṅuha (√ji, amare) anum tibi conciliare quaere. y. 43, 15: dîdereghzhô (√darez), firmare voluisti. y. 64, 27: yô nô airîricinãm irîrikhshâiti (√rish) gaêthanãm, qui bona nostra inviolata violare studet. Cf. Iust. lex. pag. 385. Spiegeli gramm. pag. 257.

Graeca: *A*, 67: *βούλεται.....ἀμῦναι.* *δ*, 353. || *Δ*, 26: *πῶς ἐθέλεις ἅλιον θεῖναι πόνον*; *H*, 364. *N*, 106. *γ*, 121. *ε*, 219: *ἐθέλω καὶ ἐέλδομαι ἤματα πάντα οἴκαδέ τ' ἐλθέμεναι καὶ νόστιμον ἦμαρ ἰδέσθαι*, cf. *o*, 66. *δ*, 162. *N*, 638. || *Z*, 52: *ἔμελλε δώσειν.* *K*, 454: *ἔμελλε λίσσεσθαι.* *ψ*, 773.

Umbrica: Tab. I[b] 10: pune puplum aferum heries = VI[b] 48: pone poplo afero heries (here, velle = scr. √hary), cum populum circumferre (lustrare) voles sive volet. II[b] 22: vitlu vufru heries façu, eruhu tiçlu sestu Iuvepatre, vitulum — *um* cum voles facere, eodem — *ulo* sistito Iovi patri; cf. II[a] 16.

Osca: Tab. Bantin. 18: suae pis contrud exeic fefacust ionc suaepis || herest meddis moltaum licitud ampert mistreis aeteis eituas licitud, si quis contra hoc fecerit, eum si quis volet magistratus multare liceto usque ad minorem partem pecuniae liceto. 24: suae pis op eizois com || a [*l*] trud ligud acum herest auti prumedicatud manimaserum, si quis de his cum altero lege agere volet aut pro magistratu manum inicere.

Latina: Plaut. Amph. II, 2, 76: *unum rogare te volo.* Verg. A. VI, 86: *non venisse volent.* Cic. de imp. Cn. P. 13, 37: *qui ante de se voluerit confiteri.* || Plaut. Truc. II, 2, 5: *aegrotare malim quam esse tua salute sanior.* Hor. a. p. 88: *cur nescire pudens prave quam discere malo?* Cic. ad Attic. 7, 15: *Cato.... servire quam pugnare mavult.* || Plaut. Stich. I, 2, 85: *abire nolumus.* Lucret. IV, 386 (ed. Lachm.): *affingere noli.* Cic. ad fam. I, 7, 8: *evolare altius certe noluerunt.* Quibus addo verba invidendi et parcendi, quippe quae apud poetas latinos nihil aliud nisi nolle significent, cf. Hor. carm. I, 37, 30: *invidens privata deduci.*

Lucan. II, 250: *his te quoque iungere, Caesar, invideo.* [Hom. Od. *α*, 346: *τί τ᾽ ἄρα φθονέεις ἐρίηρον ἀοιδὸν τέρπειν, ὅππῃ οἱ νόος ὄρνυται; τ*, 348.] Hor. sat. I, 2, 100. Ov. Met. IV, 156. Trist. I, 1, 1. || Verg. A. III, 42: *parce pias scelerare manus.* Ecl. III, 94. Hor. carm. I, 28, 23. III, 28, 7. Ov. Met. X, 545. XV, 174. Her. V, 43. XVI, 281. XVIII, 203. XX, 117. Am. I, 10, 47. Art. am. I, 183. Rem. Am. 3. Trist. I, 4, 2. Lucan. VII, 659. Stat. Theb. VII, 219: *tu super urbe moveri Parce tua.* Hor. sat. II, 2, 58: *parcit defundere.* Catull. 64, 146: *nihil promittere parcunt.* Liv. 34, 32: *parce iactare.*

Gotica: Luc. 9, 23: jabai hvas vili afar mis gaggan, *εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἔρχεσθαι.* Matth. 5, 40. Marc. 15, 9. Ioh. 5, 35.

posse, valere, sustinere: Sanscrita: √çak: MBh. I, 6219: suhṛijjanam pradâtuṃ na çakshyâmi, amicum hominem prodere non potero. MBh. I, 6754; 6140. R. II, 14, 11: nâ 'çakat pâçam unmoktum, vinclum solvere non poterat. Hitop. I, 106: no 'pabhoktuṃ na ca tyaktuṃ çaknoti vishayân jarî, nec frui neque abicere potest res quae sensibus percipiuntur senex. 7, 21. IV, 35. Bhartṛ. III, 14. || √sah, sah + ut: Hit. II, 139: ciraṃ na sahate sthâtum parebhyo bhedaçaṅkayâ, diu non valet resistere hostibus proditionis metu. 71, 21. Bhartṛ. III, 55: avinayam anumantuṃ no 'tsahe durjanâm, pravos mores malorum hominum probare nequeo. Nal. III, 10. VI, 15. || √par 2: Schol. ad Pâṇ. III, 4, 66: pârayati bhoktum, potest frui. || Radix arh, quae proprie merere, dignum esse significat (cf. Manuis leg. 11, 7: sa somam pâtum arhati, dignus est, qui somam bibat.) eadem ratione qua vox çak hisce locis usurpatur: Hitop. 29: nâ 'ptum arhati, adipisci non potest. Westerg. s. v. arh: vinâçam avyayasya na kaçcit kartum arhati, interitum sempiterni nemo efficere potest. Hit. 27, 9. Peculiari quodam modo Indi, qui infinitivo passivo carent, ubi nos verbo activo passivum infinitivum addere consuevimus, ibi passivae formae radicum çak (çakita, çakya), par [√yat, operam dare (yatita), √rabh + â, incipere (ârabdha, prârabdha, samârabdha)] infinitivum adiungunt,*) cf. Hit. 93, 20: kathaṃ varṇayituṃ çakyate, quomodo describi potest (regio)? 73, 22. III, 38: (doshâḥ) na çakyâs te samâdhâtum, haec vitia corrigi non possunt. 23, 22. 67, 2. 74, 7. 88, 22. 98, 12. IV, 26. 126, 18, 20. 101, 20. 103, 1—2. Bhartṛ. I, 46, 83. II, 75. III, 14. Çatṛ. I, 346: tad vaktuṃ na pâryate, hoc dici non potest. Hit. 49, 10: tena vihâraḥ kârayitum ârabdhaḥ, ab hoc templum aedificari coeptum est. MBh. I, 6015: apanetuṃ ca yatito na caiva çakito mayâ, abducere eum studui, sed non potui, proprie: abduci tentatus (est), sed non quitus a me.

Similiter Ulfilas participiis passivis mahts et skulds infinitivum sub-

*) Cf. Boppi gramm. comp. III, pag. 301—303.

icit, cf. Ioh. 10, 35: ni maht ist gatairan þata gamelido, *οὐ δύναται λυθῆναι ἡ γραφή*; Luc. 9, 44: unte sunus mans skulds ist atgiban in handuns manne, *ὁ γὰρ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου μέλλει παραδίδοσθαι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων*. Atque etiam Romanos antiquioris quidem aetatis formis passivis verborum posse, quire ita usos esse, ut eis passivos infinitivos subicerent, Diomedes grammaticus docet.*)

Graeca: *Γ*, 236: *δοιὼ δ' οὐ δύναμαι ἰδέειν κοσμήτορε λαῶν*. *E*, 475. *Z*, 101. *I*, 351. *Λ*, 116. *Ξ*, 196. *O*, 399. *Σ*, 427. *X*, 47. *Y*, 360. *Φ*, 219, 357. *α*, 250. *β*, 191. *δ*, 374, 612. *ε*, 90. *ι*, 28. *ν*, 331. *π*, 256. *τ*, 157. *φ*, 171. *ω*, 159. || *Π*, 110: *οὐδέ πῃ εἶχεν ἀμπνεῦσαι*. *H*, 217. *σ*, 364. || *α*, 353: *σοὶ δ' ἐπιτολμάτω κραδίη καὶ θυμὸς ἀκούειν*. *ω*, 261: *οὐ τόλμησεν ἕκαστα εἰπεῖν*. || *α*, 410: *οὐδ' ὑπέμεινεν γνώμεναι*. || *Φ*, 273: *οὔτις με θεῶν ... ὑπέστη .... σαῶσαι*.

Latina: Plaut. Poen. V, 2, 26: *nam qui scire potui?* Amph. III, 2, 1: *durare nequeo in aedibus*. Lucr. III, 646: *non quit sentire dolorem*. Verg. A. X, 19. Cic. Tusc. II, 27, 65: *ferro decertare acerrime possunt, aegrotare viriliter non queunt*. || Lucr. III, 1088: *nec delibare valemus*. I, 108, 630. V, 58. VI, 78, 1057. Ov. Met. XIII, 311. Art. am. I, 581. Hor. carm. I, 34, 12: *valet ima mutare deus*. Propert. I, 15, 7: *non tamen ista meo valeant contendere amori*. Hor. sat. I, 1, 14: *delassare valent*. Lucan. IV, 84. Liv. 38, 23: *continere valuit*. || Ov. Met. V, 609: *currere sustinui*. I, 530. VI, 367, 563. X, 47. XI, 322, 583. XIV, 730. Her. V, 32. Lucan. VIII, 230. Liv. 41, 25, 8: *sustinenti res....perscribere*. 23, 9.

Gotica: Luc. 5, 12: magt mik gahrainjan, *δύνασαί με καθαρίσαι*. Matth. 6, 24. Marc. 2, 4. Ioh. 3, 3.

debere: Sanscrita: √arh: Man. 8, 155: yâvatî sambhaved vṛiddhis tâvatîṃ dâtum arhati, quanta convenit usura, tantam dare debet (v. l. Petr. s. v. *yâvant*). 8, 341: na daṇḍam dâtum arhati, multam solvere non debet. Yâjnav. 2, 49: nâ 'nyat strî dâtum arhati, aliud (aes alienum) uxor

*) Diomedes art. gramm. lib. I, p. 385 (ed. Keil) haec dicit: „*possum* tamen nonnulli veterum et passiva declinatione figurarunt, *potestur* et *possuntur*; et *quitur, quitus sum* apud nonnullos veterum reperimus, quod est ei synonymon..... Attius *quitus sum* ponit pro *quivi* hoc modo: ‚nam neque pretio neque amicitia neque vi *impelli* neque prece | quitus sum'; idem alibi eodem modo: ‚unde omnia *perdisci* ac *percipi* queuntur.' Caecilius praeterea: ‚si non *sarciri quitur*.' Item *potestur* apud Ennium reperimus: ‚nec || *retrahi potestur* imperiis.' Scaurus de vita sua tertio *poteratur* etiam sicut *possitur* dictitat." Praeter hos quos Diomedes affert scriptores eadem loquendi ratione usi sunt Cato (apud Fest. p. 162: *nequitum exaugurari*), Plautus (Rud. IV, 4, 20: *ut nequitur comprimi*), Terentius (Hec. IV, 1, 57: *forma in tenebris nosci non quita est*), Lucretius (I, 1045: *suppleri.... queatur*), Sallustius (b. Iug. 31, 8: *ulcisci nequitur*), Gellius (XX, 1 extr.: *saevitia contemni non quita est*), Appuleius (mag. 274, 17: *ne sic quidem quitus est*).

solvere non debet. Nal. VIII, 13: tasya tvaṃ vishamasthasya sâhâyyaṃ kartum arhasi, huic tu in discrimine versanti auxilium ferre debes.

Graeca: *Ξ*, 125: *τὰ δὲ μέλλετ' ἀκουέμεν.* *δ*, 200, 377. *ξ*, 133. *χ*, 322. *ω*, 46. || *A*, 353: *τιμήν πέρ μοι ὄφελλεν Ὀλύμπιος ἐγγυαλίξαι.* *K*, 117. *Σ*, 367. *Ψ*, 546.

Latina: Plaut. Amph. prol. 39: *debetis velle, quae velimus.* Lucret. I, 232: *omnia enim debet mortali corpore quae sunt infinita aetas consumpse.* Hor. sat. I, 9, 37: *respondere vadato debebat.* Ov. M. XIII, 877. Cic. de am. 11: *ferre contra patriam arma illi cum Coriolano debuerunt?*

Gotica: Ioh. 3, 30: jains skal vahsjan, iþ ik minznan, *ἐκεῖνον δεῖ αὐξάνειν, ἐμὲ δὲ ἐλαττοῦσθαι.* Luc. 17, 10: þatei skuldedum taujan, gatavidedum, *ὃ ὠφείλομεν ποιῆσαι, πεποιήκαμεν.* Matth. 11, 14: sa ist Helias, saei skulda qiman, *αὐτός ἐστιν Ἠλίας ὁ μέλλων ἔρχεσθαι.*

audere, conari, temptare, experiri. Sanscrita: √dharsh: MBh. I, 3573: na câ 'pi tvâṃ dhṛishṇumaḥ prashṭum, nec te interrogare audemus. √jrambh: Bhartṛ. II, 6: vyâlam bâlamṛiṇâlatantubhir asau roddhuṃ samujjṛimbhate, serpentem teneris lotorum fibris ille constringere temptat (sc. qui in bonorum viam improbos deducere conatur). De infinitivo, qui post alia id genus verba (√yat, √nah + sam et similia) ita ponitur, ut non tam accusativi quam dativi vel locativi partes agere videatur, paulo infra dicemus.

Graeca: *A*, 544: *τέτληκας εἰπεῖν.* 228. *Δ*, 94. *Y*, 421. *X*, 136. *β*, 82. *δ*, 716. *λ*, 425. || *Θ*, 424: *τολμήσεις.... ἀεῖραι.* *ι*, 332.

Latina: Plaut. Truc. IV, 3, 44: *lapideus sum, commovere me miser non audeo.* Lucr. I, 67. II, 178: *ausim confirmare* = V, 196. II, 1036. IV, 508. V, 730. VI, 412. Verg. A. IX, 399. || Lucr. I, 25: *quos (versus) ego de rerum natura pangere conor.* 937. III, 652. IV, 12, 1166. V, 838. VI, 768. Hor. carm. I, 6, 9. epist. I, 1, 19: *et mihi res, non me rebus subiungere conor.* Caes. b. g. I, 6: *Helvetii id quod constituerant facere conantur.* || Lucr. V, 659: *(sol) caelum radiis accendere temptans.* Verg. A. XII, 104: *(taurus) irasci in cornua temptat.* III, 240. Ov. M. IV, 84: *statuunt, ut nocte silenti Fallere custodes foribusque excedere temptent.* V, 640. VII, 344. Trist. V, 3, 45. Pont. II, 2, 55. Lucan. III, 492. Liv. 32, 21: *cum temptasset.... extrahere.* || Verg. Ecl. VIII, 67: *ut magicis sanos avertere sacris Experiar sensus.* Lucr. V, 1309.

Gotica: II. Cor. 10, 12: unte ni gadaursum domjan unsis silbans aiþþau gadomjan uns du þaim sik silbans anafilhandam, *οὐ γὰρ τολμῶμεν ἐγκρῖναι ἢ συγκρῖναι ἑαυτούς τισι τῶν ἑαυτοὺς συνιστάντων.* Phil. 1, 14.

solere: Graeca: *E*, 203: *εἰωθότες ἔδμεναι.* 766. *Θ*, 408. *ρ*, 394. || Latina: Plaut. Amph. I, 1, 263: *qui potitare solitust.* Hor. Sat. II,

3, 245: *soliti....prandere.* Cic. de am. 1: *Quintus Mucius augur multa narrare.... solebat.*

incipere, coepisse, ordiri, adoriri, aggredi, moliri. Sanscrita: √rabh + â, + samâ: R. II, 113, 18: âmantrayitum ârebhe, valedicere coepit. R. I, 171, 13: âkhyâtuṃ tat samârebhe, narrare hoc coepit. (cf. Hoef. libr. p. 97.) MBh. I, 3823: dagdhuṃ samârabdhâḥ, ignem subdere coeperunt. I, 1108: te mantrayitum samârabdhâḥ, hi deliberare exorsi. √kram + â + upa + samupa + pra + sampra: R. III, 4, 5: vaktum âcakrame kathâm, narrare exorsus est. MBh. III, 1734: tâm âprashṭum upacakrame, huic valedicere coepit. 2095: grahîtuṃ khagamâṅs tvaramâṇo 'pacakrame, capere aves festinans aggressus est. XIII, 4222: vaktuṃ samupacakrame, dicere exorsus est. I, 8027: dâvaṃ dagdhum pracakrame, silvam incendere aggressus est. Dev. 2, 48: hantum pracakramuḥ, occidere aggressi sunt. MBh. 4, 1627: vyûhituṃ sampracakrame, aciem instruere aggressus est. || √vart + pra: Kathâs. 11, 67: pravavṛite devam pûjayitum, coepit deum venerari. Çâkunt. p. 108, 15: sâ.... bâhûtkshepaṃ rodituṃ | ca pravṛittâ, haec.... bracchia tollere flereque orsa (est), cf. Hoef. libr. pag. 95. √dâ + upâ: R. V, 81, 32: vâkyam idaṃ vaktum upâdade, hanc sententiam dicere exorsus est.

Latina: Hor. Sat. I, 94: *finire laborem incipias.* Verg. G. I, 5: *hinc canere incipiam.* Cic. Tusc. V, 1, 3: *huic incipio sententiae diffidere.* || Ter. Heaut. I, 1, 76: *haec coepi cogitare.* Lucr. IV, 531: *ire foras ubi coeperunt primordia vocum.* Liv. I, 7: *occoepit agere.* || Verg. A. 6, 125: *orsa loqui vates.* Cic. Brut. 88, 301: *cum admodum adolescens orsus esset in foro dicere.* Cic. de fin. I, 8, 29: *dicere exorsus est.* || Lucret., III, 515: *commutare animum qui cumque adoritur et infit.* V, 1208: *caput erigere infit.* Verg. A. VI, 397. Cic. de or. II, 51: *convellere adoriamur.* Liv. VI, 2. || Lucr. V, 110: *qua prius aggrediar quam de re fundere fata.* 168. VI, 940, 980. Cic. de off. II, 1: *aggrediar dicere.* Caes. b. g. III, 80: *oppugnare aggressus.* || Ov. Art. am. I, 266: *dicere molior.* Cic. Brut. 11: *molimur dicere.* Lucret. II, 1024: *nova res molitur ad auris Accidere.*

Gotica: Marc. 8, 31: jah dugann laisjan ins, *καὶ ἤρξατο διδάσκειν αὐτούς,* cf. Luc. 14, 30.

facere, parare: Sanscrita: √kar: Hit. IV, 19: saṃdigdho vijayo yudhi | na hi saṃcayituṃ kuryât, dubia (est) victoria in pugna, ne (quis de ea) dubitari faciat. De verbo faciendi cum infinitivo coniuncto vide sis ea quae supra pag. 33—36 exposuimus, ubi (pag. 35, 36) exempla graeca, latina, gotica allata sunt. Quibus addo haec: Verg. A. I, 678: *ire parat.* IV, 118. VI, 369. Ov. Met. I, 183: *qua centum quisque parabat Inicere..... bracchia caelo.* I, 225. Cic. ad Attic. V, 20, 7: *nunc publice*

litteras Romam mittere parabam. Caes. b. g. VII, 26: *facere apparabant.*

occupare, praeoccupare: Latina: Plaut. Most. III, 1, 39: *set occupabo adire.* Hor. carm. II, 12, 28. Sil. Ital. V, 520: *occupat eventum telo temptare priorem.* Liv. I, 14: *occupant facere.* Liv. IV, 30: *legem ipsi praeoccupaverant ferre.* Cum his cf. Marc. 14, 8: faursnau salbon mein leik du usfilha, *προέλαβε μυρίσαι μου τὸ σῶμα εἰς τὸν ἐνταφιασμόν.*

pergere: Latina: Lucr. I, 1080: *concedere pergat.* I, 16, 932. II, 237, 347, 478, 522, 946. Verg. A. VI, 198. Cic. de rep. I, 13: *pergisne illudere?* Liv. IX, 2: *si ire porro pergas.* || Got.: Luc. 20, 12: jah anaaiauk sandjan þridjan, *καὶ προςέθετο τρίτον πέμψαι.*

desinere: Latina: Plaut. Bacch. I, 1, 67: *te amare desinam.* Lucr. II, 1040: *desine ..... expuere ex animo rationem.* Verg. A. VI, 376. Cic. de rep. I, 1: *commemorare eos desino.* || Got.: Luc. 7, 45: ni svaif bikukjan fotuns meinans, *οὐ διέλιπε καταφιλοῦσά μου τοὺς πόδας.*

amare, odisse: Sanscrita: √kam: Nal. VI, 11: nalaṃ yo vai kâmayec chapituṃ kale || âtmânaṃ sa çapen muḍho hanyâd âtmânam âtmanâ, Nalam qui sane exsecrari amet, Calis, se ipsum iste exsecretur stultus, occidat se ipsum per se ipsum. || Graeca: Pind. Nem. I, 15: *Μοῖσα μεμνᾶσθαι φιλεῖ.* || Latina: Hor. carm. III, 9, 24: *tecum vivere amem.* I, 2, 50. II, 3, 10. III, 16, 10. Epod. VIII, 16. Sat. I, 4, 87. I, 10, 60. II, 3, 20. Hoc verbum cum acc. c. inf. coniunctum est apud Sallust. b. Iug. 34: *quae fieri amat.* || Hor. epist. I, 16, 52: *oderunt peccare boni virtutis amore.* || Gotica: Matth. 6, 5: unte frijond..... bidjan, *ὅτι φιλοῦσιν ..... προςεύχεσθαι,* cf. II. Cor. 5, 8.

avere, cupere, desiderare, expetere, optare, affectare, gestire, quaerere: Sanscrita: √îh, √vañch: Mṛicch. 170, 14: prahartum îhate, vim inferre expetit. Bhartṛ. II, 6: mâdhuryam madhuvindunâ racayituṃ kshârâmbudher*) îhate | netuṃ vâñchati yaḥ satâm pathi khalân sûktaiḥ sudhâsyandibhiḥ, mellis gutta salis oceano dare dulcedinem studet, qui deducere cupit in proborum viam improbos bonis dictis nectare fluentibus. || √lash + abhi: Kathâsar. 22, 11: sevituṃ sâkshât tad evâ 'bhilalâsha sâ, hoc (has praestigias, scilicet per caelum ambulare) re vera experiri illa desideravit. MBh. I, 1778: yat te 'bhilashitam prâptum phalam, quem expetis adipisci fructum, proprie: qui tibi exoptatus (est) impetrari fructus. √çaṅs + â: MBh. III, 17171: yoddhum âçaṅsate nityam phâlgunena, pugnare cupit semper cum Indra.

Graeca: *Δ*, 143: *πολέες τέ μιν ἠρήσαντο ἱππῆες φορέειν.* *Ψ*, 209.

*) Hanc esse veram lectionem Bohlenus comment. ad Bhartṛ. pag. 180 dicit, qui ineptam lectionem ‚*kshîrâmbudher*' in textum casu fortuito irrepsisse dolet.

α, 164. *τ*, 533. || *Φ*, 170: *καταχτάμεναι μενεαίνων*. 176. *φ*, 125. *E*, 506. *ν*, 30. *ρ*, 17, 185. *λ*, 392.

Latina: Lucr: III, 6: *te imitari aveo*; 259. IV, 1203. Cic. de fin. II, 14, 46: *scire avemus*. ad Attic. IV, 15. || Plaut Curc. IV, 4, 34: *cupio dare mercedem*. Lucr. III, 599: *extremum cupiunt vitae reprachendere vinclum*. Caes. b. g. II, 25: *cum pro se quisque.....operam navare cuperet*. || Cic. pro Rosc. Am. 36, 104: *quid est quod quisquam ex vobis audire desideret?* || Plaut. Poen. V, 3, 12: *id scire expeto*. Cic. Phil. XII, 4, 9: *vincere illi expetunt*. || Plaut. Men. III, 2, 21: *turbare gestio*. Lucr. VI, 1047: *fugere ab saxo gestire videtur*. IV, 1055. Cic. Phil. IV, 6: *senatum delere....gestit*. Hor. carm. III, 3, 54. III, 16, 26. || Plaut. Asin. III, 3, 18: *cur....me morti dedere optas?* Verg. A. VI, 501: *quis tam crudelis optavit sumere poenas?* Ov. Am. III, 2, 30: *optavit..... sustinuisse*. Pont. III, 3, 105. Hor. epod. 17, 68: *optat collocare*. Liv. IX, 14: *perdere prius quam perire optantes*. || Ov. Art. am. II, 59: *affecto tangere*. Sil. Ital. IV, 138. Stat. Theb. I, 132. Iuven. XI, 33. || Lucr. III, 516: *naturam flectere quaerit*. IV, 463, 1097. I, 103. Verg. A. IV, 631. VI, 614. VII, 449. Hor. carm. I, 37, 21. III, 4, 39. III, 24, 28. Epod. 2, 70. Sat. II, 1, 77. Ov. Met. VIII, 75. Tac. Germ. II, 1: *qui sedes mutare quaerebant*. || Ad horum verborum similitudinem poetae latini, qui audacius in transferendis verbis versantur quam scriptores pedestris orationis infinitivum verbis ardendi, furendi, flagrandi, saeviendi et simil. addunt: Verg. A. IV, 281: *ardet abire fuga dulcisque relinquere terras*. II, 105, 316. I, 515, 580. Ov. Met. V, 166. Stat. Achill. II, 111: *quis enim non visere gentes.....ardeat?* Sil. Ital. VII, 33. Stat. Theb. IV, 649. V, 402. VII, 724. || Hor. carm. I, 15, 27: *furit te reperire*. || Ov. Met. I, 200: *cum manus impia saevit Sanguine Caesareo romanam exstinguere nomen*. || Stat. Theb. III, 73: *gliscis regnare*.

Gotica: Ioh. 7, 1: unte sokidedun ina þai Iudaieis usqiman, ὅτι ἐζήτουν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι ἀποκτεῖναι. Marc. 12, 12. Luc. 20, 19.

orāre, petere, postulare, exposcere: Sanscrita: √yâc: Hoeferus affert p. 75 hunc locum ex MBh. II, 175, 2292 desumptum: râjyaṃ dâtuṃ yâcadhvam, imperium dare rogate. || √arthay, arthay + pra: MBh. III, 1037: âdâtum asya vittâni prârthayante, auferre eius divitias petunt. Bhaṭṭ. 14, 88: prahastam arthayâṃ cakre yoddhum, Prahastam oravit pugnare. Nal. XIX, 15: kim idam prârthitaṃ kartum, proprie: quid hoc petitum (est) facere, h. e. quid tibi vis?

Graeca: *B*, 401: *εὐχόμενος θανατόν τε φυγεῖν καὶ μῶλον Ἄρηος*. *φ*, 211. *ο*, 353. || *γ*, 173: *ᾐτέομεν δὲ θεὸν φῆναι τέρας*. || *A*, 173: *οὐδέ σ' ἔγωγε λίσσομαι...μένειν*. 283. *θ*, 30. (cf. Albr. commentat. pag. 21.) || *Ψ*, 196: *λιτάνευεν ἐλθέμεν*.

Latina: Plaut. Mil. V, 1, 12: *oratus sum huc venire.* Verg. A. VI, 313: *stabant orantes primi transmittere cursum.* IX, 231. Ecl. II, 43. || Stat. Theb. III, 365: *ire peto.* IV, 402. || Plaut. Most. IV, 3, 29: *ne ire infitias postules.* Cic. de fin. III, 17: *postulat agere.* || Verg. A. IV, 79: *audire labores Exposcit.* || Gotica: Luc. 8, 41: bad ina gaggan in gard seinana, *παρεκάλει αὐτὸν εἰςελθεῖν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ.* Marc. 5, 17. II. Cor. 2, 8.

sperare: Sanscrita: √çaṅs + â: MBh. III, 10640: âçaṅsase vandinaṃ vijetum, speras laudatorem vincere. 15643: jetum âçaṅsasi dharmarâjam, vincere speras iustitiae regem.

Graeca: *Γ,* 112: *ἐλπόμενοι παύσεσθαι.* *M,* 407. *N,* 813. *O,* 504. *Σ,* 260. *γ,* 319.

Latina: Plaut. Stich. I, 2, 23: *spero ab eo impetrassere.* Verg. A. V, 18: *sperem Italiam contingere.* Ov. Met. IX, 723: *qua posse frui desperat.* Stat. Theb. VI, 721: *sperabant iungere caelo.*

Gotica: Phil. 2, 23: þanuh nu venja sandjan, *τοῦτον μὲν οὖν ἐλπίζω πέμψαι.* Luc. 6, 34. I. Tim. 3, 14.

credere: Graeca: *H,* 192: *δοκέω νικησέμεν Ἕκτορα.* || *χ,* 348: *ἔοικα δέ τοι παραείδειν ὥστε θεῷ.* || *Z,* 341: *κιχήσεσθαι δέ σ' οἴω.* *θ,* 180. || Latina: Plaut. Curc. IV, 2, 44: *perisse credo.* || Bacch. III, 6, 19: *frustrari alios stolidi existumant.* || Trin. V, 2, 5: *culpa caruisse arbitror.* || Gotica: Luc. 8, 18: jah þatei þugkeiþ haban, *καὶ ὃ δοκεῖ ἔχειν,* cf. Marc. 10, 42. Ioh. 16, 2. Phil. 3, 4.

approbare: *A,* 72, 376: *ἐπευφήμησαν Ἀχαιοὶ αἰδεῖσθαί θ' ἱερῆα καὶ ἀγλαὰ δέχθαι ἄποινα.*

timere, vereri, dubitare: Sanscrita: √lajj + vi lex. Petrop. VI, 490: prashṭuṃ vilajjatî = *ἐρωτᾶν αἰσχυνομένη.* || Graeca: *Z,* 267: *Διὶ λείβειν αἴθοπα οἶνον ἅζομαι.* *ι,* 478. || *H,* 93: *αἴδεσθεν μὲν ἀνήσασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι.* *O,* 299. *Φ,* 468. *Ω,* 90, 435. *ζ,* 66, 221. || *Ψ,* 340: *λίθου δ' ἀλέασθαι ἐπαυρεῖν.* 605. *ξ,* 400. || *Θ,* 515: *ἵνα στυγέῃσε καὶ ἄλλος.... φέρειν πολύδακρυν Ἄρηα.*

Latina: Plaut. Pseud. I, 3, 70: *metuo credere.* Verg. A. VI, 324: *di cuius iurare timent et fallere numen.* Ov. Her. XV, 172. XVI, 74. Am. I, 8, 85. III, 9, 42. Hor. carm. III, 3, 10: *metuit tangi.* III, 14, 15. Lucan. V, 778: *posse pati timeo.* VI, 725. VII, 462. Cic. pro Rosc. Com. I, 4: *qui nomen referre in tabulas timeat.* || Plaut. Epid. I, 1, 39: *ire veritust.* Verg. A. VI, 613: *nec veriti dominorum fallere dextras.* Ter. Andr. II, 1, 23: *vereor dicere.* Cic. de nat. d. I, 21: *vereor laudare.* || Verg. A. XI, 636: *horrebat adire.* Ov. Trist. I, 1, 86. Pont. II, 2, 28. Catull. 14, 3: *non horrebis amovere.* 64, 146: *nil metuunt iurare.* Liv. VI, 40: *horreo dicere.* || Ov. Met. I, 386: *pavetque laedere.* Lucan. III, 349. || Plaut. Pseud. II, 2, 30: *quid dubitas dare?* Lucret. IV, 188.

Verg. A. VI, 806: *et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?* VIII, 614. G. II, 433. IV, 241. Ov. Met. V, 28. XIII, 7, 169. Stat. Ach. I, 250: *dubitatque agnoscere matrem.* Cic. de am. 1. || Verg. A. IX, 114. Stat. Theb. I, 640: *trepidas occurrere morti.* || Plaut. Pseud. I, 3, 82: *si isti formidas credere.* || Gotica: Marc. 9, 32: jah ohtedun ina fraihnan, *καὶ ἐφοβοῦντο αὐτὸν ἐπερωτῆσαι* = Luc. 9, 45.

vitare, fugere, spernere: Graeca: *Z,* 167: *κτεῖναι μέν ῥ' ἀλέεινε.* *N,* 356. || Latina: Hor. epist. I, 3, 16: *tangere vitet.* Lucr. IV, 299: *vitantque tueri.* || Lucret. I, 1052: *fuge credere.* VI, 1238: *fugitabant visere.* Verg. A. IX, 199: *mene..... adiungere rebus fugis?* Hor. carm. II, 4, 22. Ov. Her. IX, 75. Stat. Theb. IX, 139. || Ov. Met. IX, 117: *deferri spernit.* Lucan. VI, 3. Stat. Silv. I, 4, 36. Theb. XII, 530: *aspernanturque precari.* Silv. I, 2, 105. || Verg. Ecl. IX, 25: *occursare capro ....caveto.* Ov. Pont. III, 1, 139.

scire, nescire, callere, nosse: Sanscrita: √vid: R. 12, 104: na vetti râmaḥ parushâṇi bhâshitum, nescit Râmas dura verba loqui. || √jnâ: MBh. II, 1720: na sa jânati devitum, is nescit ludere (aleis).

Graeca: *H,* 238: *οἶδ' ἐπὶ δεξιά, οἶδ' ἐπ' ἀριστερὰ νωμῆσαι βῶν* 358 = *M,* 232. *Ψ,* 309. || *K,* 247: *ἐπεὶ περίοιδε νοῆσαι.* || *Ξ,* 92: *ὅστις ἐπίσταιτο.... ἄρτια βάζειν,* cf. *Δ,* 404. *E,* 60. 222. *Θ,* 106. *N,* 223. *O,* 243. *Φ,* 320. *ν,* 207.

Latina: Plaut. Pers. V, 1, 10: *improbust homo, qui beneficium scit accipere et reddere nescit.* Cic. de rep. I, 17: *sciat tractare.* Verg. A. I, 63. V, 131. G. IV, 489. || Hor. carm. III, 13, 10: *nescit tangere.* 24, 54. epist. I, 12, 20. Verg. G. III, 84. Ov. Art. am. III, 319, 367. Pont. I, 3, 23. Propert. I, 15, 8. Lucan. III, 58, 119. VI, 66. Stat. Theb. IX, 743. Silv. IV, 3, 74. || Lucret. II, 978: *dicere callent.* Hor. carm. IV, 9, 48. Iuv. IV, 142: *callebat primo deprendere morsu.* || Lucret. II, 685, 1007: *ut noscas referre.* Propert. (ed. Lachm.) III, 22, 13: *non nostis parcere verbis.* III, 6, 30. Verg. A. VIII, 317: *aut componere opes norant aut parcere parto.* Lucan. III, 222: *nondum flumineas Memphis contexere biblos Noverat.* || Hor. epod. XVI, 23: *habet suadere.* Ov. Met. IX, 658.

Gotica: I. Thess. 4, 4: ei viti hvarjizuh izvara gastaldan sein kas, *εἰδέναι ἕκαστον ὑμῶν τὸ ἑαυτοῦ σκεῦος κτᾶσθαι.*

videre, animadvertere, cogitare: Sanscrita: √tark: MBh. III, 1894: tarkayante devân hantum, cogitant deos interficere. Mṛicch. 157, 11: (çarîram me) balim iva paribhoktuṃ vâyasâs tarkayanti, (corpus meum) ut tributum comedere cornices cogitant.

Graeca: *H,* 36: *πῶς μέμονας πόλεμον καταπαυσέμεν;* *E,* 482. *υ,* 15. *ω,* 395. || *T,* 164: *εἴπερ.... μεμοινάᾳ πολεμίζειν.* *K,* 101. *β,* 36, 248. || *κ,* 151: *μερμήριξα.... ἐλθεῖν ἠδὲ πυθέσθαι.* 438. *ω,* 235. || *X,*

235: *νοέω φρεσὶ τιμήσασθαι.* *E*, 665. *K*, 501. *λ*, 62. || *I*, 608: *φρονέω τετιμῆσθαι.*

Latina: Plaut. Bacch. III, 6, 30: *video non potesse, quin tibi eius nomen eloquar.* Ov. Met. III, 476: *cum vidisset abire.* Trist. IV, 2, 22. || Met. VIII, 714: *frondere.....conspexit.* XI, 80: *aspicit succedere.* || XII, 130: *cavari cernit.* Lucan. III, 7. Stat. Theb. II, 577. Silv. I, 2, 85; 216. III, 3, 120. Stat. Theb. X, 456: *arma rubere notant.* || Corn. Nep. Milt. 4, 5: *si animadverterent auderi... dimicari.* || Plaut. Merc. II, 2, 45: *nunc tu me, credo, castigare cogitas.* Hor. a. p. 144. Verg. A. I, 674: *capere ante dolis et cingere flamma Reginam meditor,* Cic. de off. I, 7: *qui nocere alteri cogitat.* Cic. ad Attic. I, 17, 11: *in animo habere petere.*

Gotica: Matth. 6, 1: atsaihviþ armaion izvara ni taujan, *προςέχετε τὴν ἐλεημοσύνην ὑμῶν μὴ ποιεῖν.* Luc. 1, 25: in dagam, þaimei insahv afniman idveit mein in mannam, *ἐν ἡμέραις, αἷς ἐπεῖδεν ἀφελεῖν τὸ ὄνειδός μου ἐν ἀνθρώποις.*

dicere: Graeca: *Δ*, 351: *πῶς δὴ φῇς πολέμοιο μεθιέμεν;* *A*, 397. *Θ*, 229. *α*, 167: *εἴπερ τις.....φησὶν ἐλεύσεσθαι,* cf. Albr. comment. pag. 35—37.

Latina: Plaut. Rud. IV, 4, 54: *hunc novisse dicent.* Asin. II, 4, 36: *aiebat reddere.* Liv. XL, 38: *edixerunt descendere.* Gotica: Matth. 5, 34: aþþan ik giþa izvis ni svaran allis, *ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν μὴ ὀμόσαι ὅλως.* 39. Rom. 12, 3. Luc. 1, 70. Cum his consentit locus ex Hitop. 57, 6 petitus, quem iam supra pag. 65 commemoravi: sthânântaraṃ gantuṃ katham mâṃ sambhâshase, in alium locum (te) ire quid mihi dicis?

nuntiare, scribere: Graeca: *π*, 350: *οἵ κε τάχιστα κείνοις ἀγγείλωσι θοῶς οἰκόνδε νέεσθαι.* *Θ*, 517: *ἀγγελλόντων.... λέξασθαι.* Apollod. III, 7, 1: *κηρύξας μηδένα θάπτειν φύλακας κατέστησεν.* Latina: Tac. a. XV, 25: *scribitur tetrarchis ac regibus.... iussis obsequi.* XVI, 11: *nuntiat patri abicere spem et uti necessitate:* || Gotica: I. Cor. 5, 11: melida izvis ni blandan, *ἔγραψα ὑμῖν μὴ συναναμίγνυσθαι.*

negare, recusare: Graeca: *Σ*, 450, 500: *ὁ δ' ἀναίνετο μηδὲν ἑλέσθαι.* *Π*, 252: *σόον δ' ἀνένευσε μάχης ἐξαπονέεσθαι.* || *H*, 408: *κατακαιέμεν οὔτι μεγαίρω.* *γ*, 55. *Δ*, 55: *εἴπερ γὰρ φθονέω τε καὶ οὐκ εἰῶ διαπέρσαι.* || Latina: Plaut. Cas. III, 3, 20: *negavit posse mittere.* Rud. V, 2, 5: *ei dare negatis quicquam.* Verg. A. IV, 428: *cur mea dicta negat duras demittere in auris.* G. II, 215. Ov. Met. XIV, 250. Pont. III, 6, 20. Am. II, 15, 19. Lucan. III, 279. VIII, 317. Stat. Silv. I, 5, 63: *sudare neget.* Verg. G. III, 455: *abnegat adhibere.* || Verg. A. II, 704: *comes ire recuso* (= Stat. Achill. I, 539). II, 126. X, 297. Ov. Met. I, 385. XIV, 487. Her. V, 83. Stat. Theb. VII, 375. X, 154. Liv. V, 11:

recusantes abdicare. || Gotica: Ioh. 13, 38: unte þu mik afaikis kunnan þrim sinþam, ἕως οὗ ἀπαρνήσῃ με τρίς.

gravari, indignari, dedignari: Graeca: *δ,* 195: *νεμεσσῶμαί γε μὲν οὐδὲν κλαίειν. Υ,* 155: *ἀρχέμεναι.... ὤκνεον. E,* 255.

Latina: Ov. Pont. II, 11, 24: *nullum ferre gravaris onus.* Cic. ad fam. VII, 14, 1: *qui gravere litteras ad me dare.* Caes. b. g. I, 35: *ut in colloquium venire invitatus gravaretur.* || Stat. Theb. I, 720: *indignata sequi torquentem cornua Mithram.* Verg. A. VII, 770. Ov. Trist. IV, 10, 103: *indignata malis mens est succumbere.* || Ov. Met. XIII, 586: *dedignata procumbere.* Her. IV, 149. Am. I, 10, 63. III, 7, 73.

monstrare: Gr.: *ϑ,* 68: *ἐπέφραδε χερσὶν ἑλέσϑαι* (*φόρμιγγα*). || Lat.: Lucret. V, 1105: *vitamque priorem Commutare.... monstrabant.* Ov. A. Am. II, 65: *monstratque moveri.* Lucan. IX, 588. Stat. Silv. V, 2, 128. V, 3, 181, 235. Achill. I, 582.

docere, dedocere: Graeca: *α,* 384: *σὲ διδάσκουσιν ϑεοὶ αὐτοὶ ..... ἀγορευέιν. χ,* 422. *υ,* 72: *ἔργα δ' Ἀϑηναίη δέδαε κλυτὰ ἐργάζεσϑαι.* || Latina: Lucret. V, 1102: *inde cibum quoquere ac flammae mollire vapore Sol docuit.* V, 1143, 1303, 1383, 1453. Verg. A. V, 598: *docuit celebrare Latinos.* IV, 434. Cic. Tusc. I, 18, 41: *canere ipse doceat.* || Verg. G. I, 147: *prima Ceres ferro mortalis vertere terram Instituit.* Ecl. II, 33. V, 30. || Hor. carm. II, 2, 20: *dedocet uti.* || Gotica: Skeir. V, d: ak galeika sveriþa usgiban uns laiseiþ.

discere, dediscere: Graeca: *Z,* 444: *ἐπεὶ μάϑον ἔμμεναι ἐσϑλὸς αἰεὶ καὶ πρώτοισι μετὰ Τρώεσσι μάχεσϑαι.* Xen. An. I, 9, 4: *μανϑάνουσιν ἄρχειν τε καὶ ἄρχεσϑαι.* || Latina: Plaut. Truc. I, 2, 79: *non didici fabulari.* Verg. A. V, 522: *discentem currere.* VI, 620: *discite iustitiam moniti et non temnere divos.* G. III, 232. Ecl. X, 61. Ov. Her. VII, 180. X, 98. A. Am. III, 296. Rem. am. 43. Lucan. V, 313, 364. VII, 382. Stat. Theb. IX. 797. Silv. V, 2, 180. Tib. III, 4, 62. IV, 1, 170. Prop. III, 24, 22: *noctes disce manere domi.* IV, 10, 8. Iuven. XIII, 22. XIV, 9, 101. Stat. Ach. II, 185: *vereri edidicit.* Ov. Rem. am. 211, 297: *dediscis amare.* Trist. III, 4, 46. V, 5, 6. Lucan. IV, 239. || Gotica: I. Tim. V, 4: galaisjaina sik faurþis svesana gard barusnjan, *μανϑανέτωσαν πρῶτον τὸν ἴδιον οἶκον εὐσεβεῖν.* Phil. 4, 12: lais jah haunjan mik, lais jah ufarassu haban, *οἶδα δὲ ταπεινοῦσϑαι, οἶδα καὶ περισσεύειν.*

suadere, dissuadere: Graeca: *I,* 417: *τοῖς ἄλλοισιν ἐγὼ παραμυϑησαίμην οἴκαδ' ἀποπλείειν.* 684. *O,* 45. *Θ,* 219: *εἰ μὴ ἐπὶ φρεσὶ ϑῆκ' Ἀγαμέμνονι.... ὀτρῦναι Ἀχαιούς.* || Latina: Verg. A. III, 364: *suaserunt numine divi Italiam petere et terras temptare repostas.* X, 367. XI, 254. G. IV, 264. Ecl. I, 56. Ov. Met. XV, 650. Stat. Silv. III, 1, 80.

Cic. de or. I, 59: *suaserit adolescentibus elaborare.* Cic. ad Her. III, 3: *nimium progredi dissuadebimus.*

imperare, iubere: Graeca: *B*, 802: σοὶ δὲ μάλιστα ἐπιτέλλομαι ὧδέ γε ῥέξαι. *K*, 61. *λ*, 268. *φ*, 241. *υ*, 139: ἡ μὲν δέμνι' ἄνωγεν ὑποστορέσαι δμωῇσιν. *κ*, 531. *B*, 151: τοὶ δ' ἀλλήλοισι κέλευον ἅπτεσθαι νηῶν. *β*, 422. (cf. Albr. comment. pag. 25.) *M*, 467: κέκλετο δὲ Τρώεσσιν.... τεῖχος ὑπερβαίνειν. *η*, 335. || Latina: Ter. Eun. II, 2, 21 (ed. Umpfenbach): *postremo imperavi egomet mihi Omnia adsentari.* Verg. A. VII, 36: *flectere iter sociis terraeque advertere proras Imperat.* Ov. Met. II, 118. III, 4. Lucan. IV, 33. Propert. (ed. Lachm.) V, 8, 85: *imperat et totas iterum mutare lucernas.* Catull. 64, 26: *mihi non haec miserae sperare iubebas.* Cic. ad Attic. IX, 13, 2: *quamquam hae mihi litterae Dolabellae iubent ad pristinas cogitationes reverti.* Curt. V, 20, 8. Gotica: Matth. 8, 18: haihait galeiþan siponjans hindar marein, ἐκέλευσεν ἀπελθεῖν εἰς τὸ πέραν. Luc. 8, 55: jah anabaud izai giban mat, καὶ διέταξεν αὐτῇ δοθῆναι φαγεῖν.

statuere, decernere: Graeca: *I*, 458: τὸν μὲν ἐγὼ βούλευσα κατακτάμεν. *ι*, 299. *M*, 217: μητιόωντο.... τεῖχος ἀμαλδῦναι. || Latina: Verg. G. III, 73: *quos in spem statues submittere gentis.* Ov. Met. X, 132: *velle mori statuunt.* Liv. I, 40: *ferro arcere contumeliam statuunt.* Verg. A. I, 309: *quaerere constituit sociisque exacta referre.* IV, 475: *decrevitque mori.* Cic. ad fam. IX, 15: *decrevi habitare apud te.* Gotica exempla desunt.

promittere, vovere: Sanscrita: √pad + prati: Kathâs. I, 45: kathâṃ kathayitum pratyapadyata, narrationem narrare promisit. Hoef. l. l. p. 79: dâtuṃ tâm pratyapadyata, dare eam pollicitus est. añgîkar (añga + √kar): Som. 304, 69: añgîcakre çivaḥ srashṭum, promisit Çivas procreare.

Graeca: *B*, 112: μοὶ ὑπέσχετο καὶ κατένευσεν.... ἀπονέεσθαι. *K*, 393. *N*, 369. *δ*, 6. || *ω*, 341: ὄρχους.... ὀνόμηνας δώσειν. || *B*, 597: στεῦτο.... νικήσεμεν. *Γ*, 83. *I*, 241. *Σ*, 191. *Φ*, 455. *ρ*, 525. || *Z*, 93: καί οἱ ὑποσχέσθαι.... βοῦς.... ἱερευσέμεν. *N*, 366. *X*, 44. *T*, 19. || *I*, 445: εἴ κέν μοι ὑποσταίη θεὸς αὐτὸς θήσειν νέον. *T*, 195. *Φ*, 273. || *ε*, 135: ἔφασκον θήσειν. || *ψ*, 863: οὐδ' ἠπείλησεν ἄνακτι.... ῥέξειν.... ἑκατόμβην. || *κ*, 521: πολλὰ δὲ γουνοῦσθαι..... βοῦν, ἥτις ἀρίστη, ῥέξειν. *Δ*, 419: εὔχετο δ' Ἀπόλλωνι..... ῥέξειν κλειτὴν ἑκατόμβην. *Θ*, 526. *Σ*, 499. *ρ*, 50.

Latina: Plaut. Cist. II, 2, 7: *quia ei promisi dolium vini dare.* Most. V, 1, 38: *servos pollicitust dare Suos mihi omnis quaestioni.* Caes. b. g. IV, 21: *polliceantur obsides dare.* Auct. cons. ad Liv. 179: *cui figere voverat arma.*

Gotica: Marc. 14, 11: jah gahaihaitun imma faihu giban, *καὶ ἐπηγγείλαντο αὐτῷ ἀργύριον δοῦναι.* I. Tim. 2, 10.

iurare, minari: Graeca: *I,* 232: *ὅρκον ὀμοῦμαι, μήποτε τῆς εὐνῆς ἐπιβήμεναι ἠδὲ μιγῆναι,* 274. *A,* 76: *μοὶ ὄμοσσον... ἀρήξειν. β,* 73. *ε,* 178. || Latina: Plaut. Rud. V, 3, 23: *iuratust dare Mihi talentum.* Men. V, 2, 89: *minatur mihi oculos exurere.* Men. V, 5, 36: *etiam me iunctis quadrigis minitatu's prosternere.*

fateri: Graeca: Aristoph. Eqq. 296: *ὁμολογῶ κλέπτειν.* Vesp. 1422: *ὁμολογῶ γὰρ πατάξαι καὶ βαλεῖν.* Xen. Cyrop. VI, 3, 24: *οἳ καὶ αὐτοὶ ὁμολογοῦσι μηδὲ μίαν μάχην ἂν ὑπομεῖναι ἐκ χειρός;* || Lat.: Plaut. Bacch. IV, 9, 90: *stulte fecisse fateor.* Cist. IV, 2, 75: *confitemur Cistellam habere.* Verg. A. VII, 433: *ni dare coniugium et dicto parere fatetur.* XII, 568. || Got.: Tit. 1, 16: guþ andhaitand kunnan, *θεὸν ὁμολογοῦσιν εἰδέναι.*

dare, permittere: Sanscrita: √sad + pra. Westerg. p. 179 s. v. Ragh. II, 45: madîyena çarîravṛittiṃ dehena nirvartayitum prasîda, victum (tibi) meo corpore parare velis. VI, 64: rantuṃ prasîda, delectari velis. || √dâ: lex. Petrop. s. v. MBh. I, 1188: dadau ca taṃ nidhim amṛitasya rakshituṃ kirîṭine, deditque hunc thesaurum ambrosiae custodiendum (proprie: custodire) diademate ornato (Arjunae). 1528: na dâsyâmi samâdâtuṃ somaṃ kasmaicid apy aham, nec vero quemquam somam adimere ego patiar. II, 57: kṛishṇaṃ gantuṃ na daduḥ, Kṛishṇam introire non siverunt.

Graeca: *Π,* 251: *νηῶν μέν οἱ ἀπώσασθαι πόλεμόν τε μάχην τε δῶκε.* || *Ω,* 525: *ὡς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσιν ζώειν ἀχνυμένοις. α,* 18. || *A,* 291: *τοὔνεκά οἱ προθέουσιν**) *ὀνείδεα μυθήσασθαι.* || His adiungere liceat verbum *λαγχάνειν,* quod cum infinitivo iunctum est *ψ,* 356, 357: *Τυδείδης.... λάχ' ἐλαυνέμεν ἵππους.* Cum his verbis conferenda sunt ea quae leguntur Verg. Cir. 396: *alternas sortiti vivere luces.*

Latina**): Verg. A. I, 66: *tibi.... et mulcere dedit fluctus et tollere vento.* 79. V, 689. Ov. Met. III, 337: *Tiresiae pater.... scire futura dedit.* V, 620. VI, 444. VII, 690. VIII, 350. IX, 177: *dat posse moreri.* XII, 558, 596. XIV, 690. A. Am. 2, 28. Fast. I, 1, 34. Stat. Theb. III, 38, 282. (IV, 475.) IV, 761: *reduces det flectere gressus Iuppiter.* V, 111, 343. VI, 115, 199, 380. Achill. I, 74, 92. Silv. I, 2, 181. II, 1, 84. III, 2, 105. III, 3, 52, 80, 125, 187. III, 5, 4. IV, 2, 6, 16. V, 2, 167. Lucan. I, 281, 453, 693. II, 348. V, 108, 356, 472. VI, 407, 716. VII,

*) De forma *προθέουσιν* vide ea quae H. Weberus in Phil. XVI, pag. 691 exposuit.

**) Cf. ea exempla quae pag. 44 s. v. *dare* attulimus.

481. || Ov. Am. III, 3, 11: *concedunt iurare.* Stat. Silv. I, 2, 68: *concede moveri.* || Verg. A. IX, 240: *si fortuna permittitis uti.* Ecl. I, 10. Stat. Silv. V, 2, 130: *permisit plaudere.* Cic. Verr. II, 5, 9: *permittam coniecturam facere.*

Gotica: Matth. 8, 21 = Luc. 9, 59: uslaubei mis galeiþan faurþis jah usfilhan attan meinana, ἐπίτρεψόν μοι πρῶτον ἀπελθόντι θάψαι τὸν πατέρα μου. || Luc. 18, 16: letiþ þo barna gaggan du mis, ἄφετε τὰ παιδία ἔρχεσθαι πρός με. Marc. I, 34: ni fralaitot rodjan þos unhulþons, οὐκ ἤφιε λαλεῖν τὰ δαιμόνια.

prohibere, morari: Graeca: Pind. (ed. Dissen.) Pyth. IV, 32: νόστου πρόφασις γλυκεροῦ κώλυεν μεῖναι. Aristoph. Av. 463: ὃν διαμάττειν οὐ κωλύει. Xenoph. Cyr. VI, 2, 18: ἡμᾶς....κωλύσουσι.... μάχεσθαι. Soph. Phil. 1241: ἔστιν τις, ἔστιν ὅς σε κωλύσει τὸ δρᾶν. (Oed. C. 442: τὸ δρᾶν οὐκ ἠθέλησαν.)

Latina: Verg. A. III, 379. V, 631: *quis prohibet muros iacere et dare civibus urbem?* VI, 606, 807. G. I, 501. IV, 10. Hor. carm. III, 19, 15. Stat. Theb. VII, 423: *prohibetque timeri.* Liv. I, 39: *credere prohibet.* || Ov. Met. XIII, 531: *quid moror....abluere?* Her. XII, 186. Hor. epod. 16, 24. Stat. Theb. X, 108. Silv. III, 5, 43. Ov. Am. I, 11, 25.

Gotica: I. Thess. 2, 16: varjandans uns du þiudom rodjan, κωλυόντων ἡμᾶς τοῖς ἔθνεσι λαλῆσαι. Gal. 5, 7: hvas izvis galatida sunjai ni ufhausjan, τίς ὑμᾶς ἀνέκοψε τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι;

curare, neglegere, mittere: Graeca: Ω, 71: κλέψαι μὲν ἐάσομεν ....Ἕκτορα. || Latina: Verg. A. III, 451: *nec revocare situs aut iungere carmina curat.* IX, 518. G. I, 39. Ov. Met. XI, 370. Hor. carm. II, 13, 39: *nec curat Orion leones Aut timidos agitare lyncas.* III, 5, 30. Stat. Theb. VII, 571: *ornare....curat.* Iuv. XIII, 101. Cic. de rep. I, 6: *scire curaverant.* || Hor. carm. I, 28, 30: *neglegis....fraudem committere.* Cic. de rep. V, 1: *renovare neglexit.* || Hor. carm. I, 38, 3: *mitte sectari.* Ov. Met. III, 614. Stat. Theb. VIII, 507. Cic. pro Rosc. Am. 19: *mitto quaerere.* || Hor. carm. III, 29, 11: *omitte morari.* Cic. de div. I, 7: *omittit urgere.* || Hor. carm. II, 11, 3: *quaerere remittas.* || Cic. Tusc. III, 3, 27: *nihil fere intermisimus postea nec disputare nec scribere.* Gotica exempla desunt.

Deinde infinitivum sanscritum posterioris aetatis nominativi loco poni posse quamvis Hoeferus pag. 119 neget, facile tamen tibi persuadebis, si consideraveris ea quae in scholiis ad Pâṇinim III, 4, 65 leguntur: ásti bhoktum, bhavati bhoktum, quae verba patrio sermone reddenda sunt: ‚Essen ist da.' Praeterea conferas Hitop. III, 139: yadi samaram apâsya nâ 'sti mrityor bhayam iti yuktam ito 'nyataḥ prayâtum, si acie relicta non est mortis periculum, convenit hinc alio ire. R. Gorr. 2, 2, 4 (lex. Petrop.

s. v. *ruc*): râmâya yauvarâjyam me dâtum atrai 'va rocate, Ramae dignitatem heredis sociique imperii dare mihi placet. MBh. I, 239 (Hoef. pag. 73): na tvâṃ dṛishṭvâ punar anyâṃ drashṭuṃ kalyâṇi rocate, postquam te vidi, pulchra, rursus aliam videre non placet. Infinitivum enim in *tum* cadentem iam Pâṇinis temporibus, quamquam grammaticus ipse eius rei mentionem non fecit, non eam quam in Ṛigveda cernimus vim accusativi habuisse, sed liberiore usu aliorum casuum loco usurpari potuisse eo mihi quidem probabile fit, quod apud Pâṇinim et vedici infinitivi qui dativi, genetivi, ablativi formam ostendunt (III, 4, 9—23) et aliquot substantivorum dativi qui posterioris aetatis sunt (II, 3, 15) infinitivis in *tum* finitis explicantur. Huc accedit, quod Pâṇinis, celeberrimus ille Indorum grammaticus, qui pleraque fere tam egregie docuit, ut a nullo aut Graecorum aut Romanorum grammatico sit superatus, totam illam quaestionem quae est de infinitivo in *tum* desinenti iusto brevius absolvit,*) quod non fecisset, opinor, si veram huius infinitivi originem plane cognitam perspectamque habuisset.

Apud Homerum infinitivus nominativi partes agere hisce locis existimandus est: *K*, 173: *νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς, ἢ μάλα λυγρὸς ὄλεθρος Ἀχαιοῖς ἠὲ βιῶναι.* *Δ*, 341: *σφῶιν μέν τ' ἐπέοικε ἑστάμεν.* *X*, 71. *ζ*, 245: *οὐδ'.... Αἴαντι.... ἥνδανε θυμῷ ἑστάμεν.* *χ*, 65: *νῦν ὑμῖν παρακεῖται ἢ φευγέμεν ἠὲ μάχεσθαι.* *μ*, 342: *λιμῷ δ' οἴκτιστον θανέειν καὶ πότμον ἐπισπεῖν.* *Φ*, 291: *οὔ τοι ποταμῷ γε δαμήμεναι αἴσιμόν ἐστιν.* 495. *O*, 274. *o*, 239. Cf. huius commentationis pag. 39.

Latina exempla quae facile augeri possunt sunt haec: Cato de re rust. 61: *quid est agrum bene colere? bene arare.* Plaut. Truc. IV, 4, 31: *dicere hic quid vis licet.* Terent. Adelph. I, 2, 51: *nam ambos curare propemodum Reposcere illum est quem dedisti.* Cic. Tusc. V, 38: *loquor .... de docto homine et erudito, cui vivere est cogitare.* || Lucret. IV, 850: *et sedare sitim prius est quam pocula natum.* Ov. Pont. II, 9, 47: *didicisse fideliter artes Emollit mores.* Stat. Silv. II, 1, 55: *nobis meminisse relictum.* Lucan. III, 365: *delere nocet.* Cic. Tusc. III, 6: *discrepat a timendo diffidere.* Ov. A. Am. I, 160: *fuit utile multis Pulvinum facili composuisse manu.* III, 367. I, 328. Trist. III, 3, 31. Iuven. IX, 59. Stat. Theb. II, 86: *tunc pocula pulchrum Spargere..... festasque reponere mensas.* Stat. Silv. III, 3, 39. Lucan. I, 462. Ov. Pont. II, 3, 33; 6, 19; 7, 69. || Ov. Trist. III, 5, 50: *peccatumque oculos est habuisse meum.* I, 5, 68. IV, 3, 27. V, 11, 11. 14, 29. III, 11, 23. II, 1, 139. Pont. I, 7, 42. III, 4, 48. Lucan. I, 45: *solus pudor non vincere bello.* IV, 566. VI, 103. VII, 340. IX, 211. X, 196. Stat. Achill. II, 440: *in nubila condere discos Et liquidam nodare Palen et spargere caestus*

*) Pâṇinis III, 4, 65, 66 (III, 3, 10, 158, 167) hoc tantum dicit infinitivum suffixo tumun h. e. suffixo tum ita formari, ut radix sola sono efferatur.

Ludus erat requiesque mihi. Silv. V, 1, 20: *tunc flere et scindere vestes.... solamen erat.*

Gotica exempla: Marc. 7, 27: unte ni goþ ist niman, οὐ γάρ καλόν ἐστι λαβεῖν. II. Thess. 1, 6: jabai garaiht ist at guþa usgildan, εἴπερ δίκαιον παρὰ θεῷ ἀνταποδοῦναι. Rom. 7, 18: unte viljan atligiþ mis, iþ gavaurkjan goþ ni bigita, τὸ γὰρ θέλειν παράκειταί μοι, τὸ δὲ κατεργάζεσθαι τὸ καλὸν οὐχ εὑρίσκω.

Tum infinitivus sanscritus, ubi ex verbis imperandi, adnitendi, contendendi, decernendi pendet, locum vel locativi vel dativi obtinere videtur, cuius rei exempla profero haec: âjnâpay, causat. √jnâ + â: Mudrâr. p. 29, 9 (Hoef. pag. 90): prâṇa haraṃ daṇḍaṃ dâtum âjnâpayishyati, capitalem poenam solvi iubebit; [cf. R. V, 1, 79: mâṃ drishṭvâ badhâyâ 'jnâpayishyati, me conspicatus (me) interfici imperabit. Pañcat. 242, 24: âjnâpaya mâṃ svagṛihâya, iube me domum ire. MBh. I, 6310: âjnâpitam mâm açane, iussus sum edere.] || √yuj + ni: Hitop. 102, 1: tadbalâni hantuṃ sârasâ 'dayaḥ senâpatayo niyojyantâm, huius exercitus delere Sârasas (grus) ceterique duces iubentor. || √yam + ud + pra: Hit. 19, 4: bhavantaç cai 'tâdṛiçâ dharmajnâ yan mâm atithiṃ hantum udyatâḥ, estisque tales legis periti, ut me hospitem interficere studeatis? 81, 4. 113, 14. 114, 14. III, 40: sâmnâ dânena bhedena samastair atha vâ pṛithak | vijetum*) prayatet ârîn na yuddhena kadâcana || interdum non bello, sed reconciliatione, liberalitate, discidio, his (artibus) cunctis aut singulis inimicos vincere studeas. || √yat: Nal. XV, 4: sarvaṃ yatishye tat kartum, omne studebo hoc facere. [XVII, 34: yatadhvan nalamârgaṇe, operam date, ut Nalam quaeratis. Yâjnavalky. I, 351 idem verbum cum dativo iungitur: yateta tatprâptyai, studeat hunc (amicum) sibi parare.] Hit. 43, 13: mantharam mocayituṃ yatnaḥ kriyatâm, ut Mantharas liberetur, opera detur. || √nah + sam: Bhartṛ. II, 6: chettuṃ vajramaṇîn çirîshakusumaprântena saṃnahyati, adamantes findere Çirîshae floris spiculo studet. || √so + vyava: Westerg. s. v. Çâk. IX, 14: nîlotpalapatradhârâya çamîlatâṃ chettuṃ vyavasyati, loti folii acie mimosae sumae ramum findere nititur. || Hit. 40, 22 sqq.: yad vinâ râjnâ 'vasthâtuṃ na yuktam | tad atrâ 'ṭavîrâjye 'bhishektum bhavân sarvasvâmiguṇopeto nirûpitaḥ, quod sine rege habitare non convenit, ideo tu omnibus principis virtutibus ornate ad imperium silvae hic obtinendum destinatus es. || Hitop. III, 124: tyaktum prâṇân suniçcitâḥ | ....samyag vijayante dvishâm balam || (milites) vitam proicere paratissimi prorsus devincunt hostium exercitum. || MBh. III, 8844: tato 'lâbuṃ samutsrashṭum manaç cakre, deinde cucurbitam ab-

*) In legibus Manuis VII, 198, ubi idem distichon extat, pro sâdhitum, quod in editione Hitop. Schlegeliana est, legitur vijetum, quae lectio huic loco maxime videtur esse idonea.

icere consilium cepit. R. I, 11, 1: yashṭum mano dadhe, sacrificare statuit. (Nal. XIV, 23: mâ sma çoke manaḥ kṛithâḥ, ne maerori animum adicias. MBh. III, 630: vadhâyâ 'sya mano dadhe, interficere eum decrevit.) || MBh. I, 48: na ca te brahmaṇaṃ hantuṃ kâryâ buddhiḥ kathaṃ ca na, nullo modo brachmanam interficiendi capiendum tibi est consilium. (Nal. XXVI, 10: dvayor ekatare buddhiḥ kriyatâm adya, duarum rerum alterius utrius consilium fiat hodie. MBh. III, 12328: kurushva buddhiṃ dvishatâṃ vadhâya, consilium cape hostes interficiendi.) || Hoef. p. 105: cakre gantuṃ lâvâṇake matim, Lâvâṇakam ire decrevit. (R. I, 9, 40: çîghraṃ gamanâya matiṃ dadhuḥ, celeriter ire constituerunt. R. Gorr. II, 55, 1: dadhatur gamane matim, ceperunt eundi consilium. Plura exempla vide pag. 60.)

Eodem locativi vel dativi munere infinitivus ex substantivis et adiectivis aptus fungi videtur hisce locis: Hitop. 59, 1: yady atra kânane sthâtum icchâ vartate, si hic in silva commorandi voluntas est. (cf. schol. ad Pâṇ. I, 4, 45: moksha icchâ 'sti, liberationis voluntas est.) || Hitop. 79, 1: vigrahaṃ çrotuṃ naḥ kutûhalam asti, pugnam audiendi nobis voluntas est. (Çâk. ed. Boehtl. 29, 4: apy asti çakuntalâ darçane kutûhalam, etiam Çakuntalam videndi studium est.) || Hit. 80, 4: kautukad deçântaraṃ drashṭum âgataḥ, desiderio (captus) regionem aliam videndi adveni. || R. II, 9, 7: yadi te çrotuṃ chandaḥ, si tibi audiendi voluntas est. Hit. 32, 5: tad annaṃ lobhât punar grahîtuṃ graham akaravam, (mus loquitur) cupiditate (inductus) hunc cibum rursus capiendi prehensavi (eum). Cum genetivo eadem vox iuncta est Hit. I, 4: kañkaṇasya tu lobhena, auri cupiditate, cum locativo vane R. IV, 16, 24. || Hoef. pag. 106. Ragh. VI, 43: revaṃ yadi prekshitum asti kâmaḥ, si desiderium tibi est conspiciendi Revam. Saepe hoc vocabulum in fine vocum compositarum reperitur, imprimis cum infinitivo casus signo privato coniungitur, cf. Nal. IX, 31: na câ 'haṃ tyaktukâmas tvâm, neque ego (sum) cupidus deserendi te. XIV, 10: utsrashṭukâmaṃ.... karkoṭako 'bravît, deponendi cupidum (serpens) Karkoṭakas affatus est. XIX, 5: vaidarbhî kartukâmâ, Vaidarbhia faciendi cupida. Hit. 106, 5: vaktukâmau, loquendi cupidi (duo gigantes). || Ragh. VI, 35 (Hoef. p. 106): anena yûnâ saha pârthivena kaccin manaso rucis te | vihartum udyânaparamparâsu, cum hoc adolescente regii generis num tibi placet ambulare in singulis deinceps hortis? || Hitop. 128, 5: atha brâhmaṇasya kṛite râjnaḥ çrâddhaṃ dâtum âhvânam âgatam, tum brachmanae causa, ut inferiae darentur, regis edictum editum est.

Infinitivi ex adiectivis apti: MBh. I, 7423: na sâ bhedayituṃ kshamâ, non illa abalienari potest. Lass. Anth. 19, 15: kiṃ karomi kva gacchâmi ko mâṃ dhârayituṃ kshamaḥ, quid facio? quo eo? quis me sustentare validus (est)? Hit. II, 170: na hi hastastham apy arthaṃ ksha-

mâvân rakshitum kshamaḥ = 82, 1: ekântato mriduḥ karatalagatam apy artham rakshitum akshamaḥ, (qui) omnino indulgens est, ne id quidem quod manu tenet obtinere potest. 18, 15: palâyitum akshamaḥ, effugere impotens. III, 49. 12, 2. Bhartṛ. II, 89: likhitam tan mârjitum kaḥ kshamaḥ, scripturam hanc exstinguere quis potest? [Eadem vox cum genetivo iungitur Yâjnav. III, 141: malino hi yathâ darço rûpâlokasya na kshamaḥ | tathâ 'vipakvakaraṇa âtmâ jnânasya na kshamaḥ || ut sordidum speculum, in quo imaginem (tuam) conspicias, idoneum non est, ita ingenium nondum satis excultum cognitioni aptum non est; cum locativo iungitur R. 4, 38, 26: darçane kshamâḥ, videndi potentes.] || Hit. 15, 9: pâçañç chettum katham samarthaḥ, vincla quomodo rumpere possum? 21, 11. 64, 22; 65, 1. 67, 13. 72, 6. 87, 2: svâmi mâm vikretum devebhyo brâhmaṇebhyo vâ dâtum samarthaḥ, dominus me vendere deis brachmanisve tradere potest. 106, 18. Bhartṛ. I, 56. II, 15. Hit. 123, 12: so 'tijîrṇatayâ svâhâram utpâdayitum asamarthaḥ, is (anguis) propter aetatem provectiorem victum comparandi impotens. 127, 4. 91, 15. Lass. Anth. 2, 21. Locativus ex hac voce pendet Bhartṛ. III, 99: dâne 'samarthaḥ, dare impotens. || Bhartṛ. I, 60: tatra pratyûham âdâtum brahmâ khalu kâtaraḥ, ibi impedimentum afferre ipse vero Brahmâ abhorret, quo loco ‚kâtaraḥ' scholiastes voce ‚asamarthaḥ' explicat. || MBh. I, 53: vyâkhyâtum kuçalâḥ kecid granthân, enarrandi libros periti nonnulli (sunt); [locativus legitur Nal. XVIII, 6: çîghrayaneshu kuçalaḥ, velocium cursuum peritus, genetivus Yâjnav. II, 181: dravyâṇâm kuçalâḥ, rerum prudentes.] || MBh. I, 5969: nâ 'yam pratibalaḥ...mama | soḍhum yudhi parispandam, is non par est in pugna impetum meum sustinere. || R. 3, 44, 30: anuyâtum na paryâpto garuḍo vâyunâ saha, Garuḍas non is est, quem una cum vento consequi possis; (cf. MBh. III, 13541: tvam hi tasya vinâçâya paryâptaḥ, tu huic delendo par es. Ragh. 16, 28: pîḍâm aparyâptavatî' va soḍhum, dolori ferendo par non erat.) || MBh. IX, 1828: na hy eko bahubhir vîrair nyâyyo yodhayitum yudhi, neque enim est aequum unum a multis viris impugnari (lex. Petrop. s. v.). || R. II, 39, 28: dharmâd vicalitum nâ 'ham alam candrâd iva prabhâ, a iustitia recedere non possum (proprie: non ego satis), ut a luna splendor (recedere non potest). Çâk. 53: jâne tapaso vîryam sâ bâlâ paravatî 'ti me viditam | alam asmi tato hṛidayam tathâ 'pi ne 'dam nivartayitum, novi castigationis vim, hanc puellam alienae subiectam esse potestati scio, nihilo minus animum hunc ab ea avocare nequeo. [AV. 6, 109, 1: iyam jîvitavâ alam, hoc ad vivendum satis est. R. 3, 47, 6: alam asmi nivâraṇe, possum arcere.] Latinorum supino alteri respondent hi infinitivi: Bhag. 5, 6: duḥkham âptum, difficile impetratu. R. 2, 28, 7: simhânâm ninadâ duḥkhâḥ çrotum, leonum mugitus iniucundi (sunt) auditu.

Graeca: Od. *ι*, 12: *σοὶ.... θυμὸς ἐπετράπετο εἴρεσθαι.* || In aliquot exemplis homericis infinitivi substantivorum dativis, qui vim instrumentalem habent, respondere videntur, velut *Λ*, 746: *ἀριστεύεσκε μάχεσθαι.* (*Λ*, 627: *βουλῇ ἀριστεύεσκεν ἁπάντων.*) *Z*, 460. *Σ*, 292; 511. *P*, 351. || *β*, 158: *ἐκέκαστο ὄρνιθας γνῶναι.* *γ*, 382. (*Δ*, 339: *κακοῖσι δόλοισι κεκασμένε.* *Ψ*, 289. *ι*, 509. *δ*, 725. *τ*, 82. *ω*, 509. *Ω*, 535: *πάντας γὰρ ἐπ' ἀνθρώπους ἐκέκαστο ὄλβῳ τε πλούτῳ τε.*) || *Π*, 194: *πᾶσι μετέπρεπε Μυρμιδόνεσσιν ἔγχεϊ μάρνασθαι.* (*Π*, 596: *ὄλβῳ τε πλούτῳ τε μετέπρεπε Μυρμιδόνεσσιν.* 835.) || 6, 38: *ἐρίζετον ἀλλήλοιϊν χερσὶ μαχήσασθαι.* (*N*, 325: *ποσὶ δ' οὔπως ἔστιν ἐρίζειν.* *o*, 321.) ||

Latina: Stat. Theb. I, 500: *indulgens reparare animum.* Verg. A. VIII, 517: *cernere adsuescat.* G. II, 361. Stat. Theb. I, 306—309; 543. || Ovid. Met. X, 387: *tum denique flere vacavit, Tum dare complexus laqueique requirere causam.* V, 333. VI, 585. Trist. II, 216. Verg. A. I, 373. X, 625. Sil. Ital. VII, 269: *at non vacat aegre Invidiam gladios inter lituosque timere.* Non omittendi sunt aliquot loci, in quibus post verba tendendi, nitendi, laborandi, cogendi, similia infinitivi reperiuntur, qui pariter atque illi quos modo attuli pro dativis accipi possunt: Verg. A. V, 155: *tendunt superare.* Hor. carm. I, 29, 16. Liv. XI, 38: *imponere tendent.* Verg. I, 158: *contendunt petere.* X, 356. Caes. b. g. VII, 7: *eruptionem facere contendit.* || Ov. Pont. I, 3, 40. III, 5, 34: *ingenio nitor non periisse meo.* Ov. Met. VIII, 696. XIII, 333. Her. VI, 85. Ibis 151. Lucan. VI, 122. Stat. Theb. II, 562. Silv. I, 2, 238. Hor. Carm. III, 27, 47: *frangere enitor.* Caes. b. g. VI, 37: *prorumpere nituntur.* Nep. Pelop. 2. Tac. h. IV, 8: *annitentibus morem retinere.* Stat. Theb. I, 489: *ambire laborant.* V, 407. Cic. in Verr. II, 355: *prospicere non laboratis.* Hor. Carm. II, 18, 20: *marisque Baiis obstrepentis urges Summovere littora.* Verg. A. II, 627: *instant Eruere.* I, 423. Stat. Theb. VI, 84; 475. Cic. Verr. II, 3, 59: *instat poscere.* Ov. Pont. I, 5, 34: *persto condere semen humo.* Met. VI, 361. Verg. A. II, 64: *certantque inludere capto.* V, 194. IX, 519, 532, 557. Ov. Met. V, 394. X, 58. Stat. Theb. IV, 26. V, 171. VII, 640. XI, 224. Achill. I, 416. Silv. I, 3, 4. Lucan. VI, 255. || Plaut. Men. 244: *operam praeterea numquam sumam quaerere.* || Verg. I, 563: *me talia cogunt Moliri.* IV, 413. Ecl. II, 7. Hor. Carm. III, 15, 11. Ov. Am. III, 2, 19. Verg. A. VI, 696: *haec limina tendere adegit.* Stat. Theb. IV, 531. VI, 567: *subigitque fateri.* III, 257. V, 795. VII, 214. VIII, 112. X, 65. G. IV, 85. Stat. Theb. X, 190. || Adiectiva cum infinitivo coniuncta iam supra pag. 52—53 enumeravi, quibus addo haec: Lucan. VI, 485: *genitum nocere.* Manil. I, 813: *factas perire cometas.*

Gotica: Luc. 14, 23: jah nauþei innatgaggan, *καὶ ἀνάγκασον εἰςελθεῖν*. Gal. 6, 12. Gal. 2, 3; 14: hvaiva þiudos baideis iudaiviskon, *τί τὰ ἔθνη ἀναγκάζεις ἰουδάζειν*. Skeir. I, c.: diabulau þairh liugn gahvatjandin ufargaggan anabusn. I. Cor. 7, 5: ei uhteigai sijaiþ fastan jah bidan, *ἵνα σχολάζητε τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ προςευχῇ*.

Denique sequuntur loci, in quibus infinitivum genetivi loco positum esse crediderim: Sanscrita exempla, in quibus infinitivi ex substantivis pendent: Nal. XX, 16: nâ 'yaṃ kâlo vilambitum, nunc non (est) tempus cunctandi. VII, 8: paṇakâlam amanyata, ludendi tempus esse putant. [cf. Viçv. 12, 9: tasya kâlo 'yam âgataḥ, huius (rei gerendae) tempus venit. Pañcat. 155, 9: esha dvaidhîbhâvasya kâlaḥ, hoc insidiarum tempus. 194, 23: nâ 'yaṃ vaktavyasya kâlaḥ, nunc non (est) dicendi tempus. MBh. III, 10259: na râma kâlaḥ paridevanâya, non, o Râma, tempus (est) querendi. R. VI, 8, 45: na kâlo 'sti vilambane, non tempus est cunctandi.] || Çâk. 12, 11: avasaro 'yam âtmânam prakâsayitum, tempus nunc est sese in conspectum dare. Spr. 1579: na câ 'yaṃ gaditum avasaraḥ, neque est nunc loquendi tempus. || Hoef. pag. 115. Arjunasam. 11, 8 ed. Bopp.: samayo 'rjuna gantum, tempus, Arjuna, eundi est. 9, 6: hâyânâṃ nâ 'ntaram âsît padâd vicalitum padam, equis non locus erat pede pedem movendi. || MBh. I, 422: pâṇḍavân hantum mantraḥ, Pâṇḍuis filios interficiendi consilium. || Ex adiectivis, quibus infinitivus adiungitur, haec duo prabhu et îçvara afferenda sunt, quorum alterum îçvara in scholiis ad Pâṇinim (III, 4, 13) cum infinitivo, qui aut in tos aut in as desinit, coniunctum esse supra pag. 7, 8 vidimus. Cf. Hitop. II, 157: mantriṇâ prithivîpâlacittaṃ vighaṭitaṃ kvacit | valayaṃ sphaṭikasye 'va ko hi saṃdhâtum îçvaraḥ || sicubi a consiliario regis consilium diremptum est, quis ut armillam crystallinam (id) restituere potest? R. II, 101, 21: râjye vâ 'pi mahârâjo mâṃ vâsayitum îçvaraḥ, vel etiam in regno rex mihi locum ad habitandum dare potest. Ragh. II, 62 (Hoef. p. 110): nâ 'ntako 'pi prabhuḥ prahartum, ne Yamas quidem mecum pugnare valet.

Graeca: *B*, 84: *ἦρχε νέεσθαι.* *N*, 329. *Σ*, 249. *χ*, 437. *H*, 324: *ἤρχετο ὑφαίνειν.* *ν*, 374. *N*, 234: *ὅστις....μεθίησι μάχεσθαι.* *Λ*, 442: *ἔμ' ἔπαυσας....μάχεσθαι.* *P*, 182: *ἤ τινα καὶ Δαναῶν....σχήσω ἀμυνέμεναι.* *Λ*, 569: *πάντας δὲ προέεργε θοὰς ἐπὶ νῆας ὁδεύειν.* || *Θ*, 301: *βαλέειν δέ ἑ ἵετο θυμός.* *α*, 59: *θανέειν ἱμείρεται.* *ε*, 209. *Ξ*, 163. *P*, 572: *ἰσχανάᾳ δακέειν.* *Γ*, 399: *τί με ταῦτα λιλαίεαι ἠπεροπεύειν.* *N*, 253. *Ξ*, 331. *Y*, 76. *λ*, 380. *υ*, 27, *A*, 590: *ἀλεξέμεναι μεμαῶτα.* *ε*, 18: *ἀποκτεῖναι μεμάασιν.* *Λ*, 717: *ἐσσυμένους πολεμίζειν.* *δ*, 416. || *Δ*, 5: *ἐπειρᾶτο Κρονίδης ἐρεθιζέμεν.* *M*, 341, 257: *ῥήγνυσθαι μέγα τεῖχος.....πειρήτιζον.* || *π*, 376: *δμῶες κατέουσιν.....καὶ φαγέμεν πιέμεν τε.* *ν*, 280. || *P*, 364: *μέμνηντο.....*

ἀλεξέμεναι φόνον. || λ, 381: *τούτων σοι φθονέοιμι καὶ οἰκτρότερ᾽ ἄλλ᾽ ἀγορεῦσαι.*

Latina*): Plaut. Bacch. II, 3, 94: *facito ut memineris ferre.* Verg. A. II, 549: *narrare memento.* VI, 852. Hor. sat. II, 6, 37. Verg. G. II, 259. Ov. Met. VII, 545. II, 439: *paene est oblita tollere.* Cic. de n. d. II, 4: *oblitus esset auspicari.* || Verg. A. IV, 450: *taedet tueri.* Lucan. VIII, 215: *ne pigeat penetrare.* Hor. Epod. XVI, 27. Ov. Met. IV, 614: *paenitet violasse.* || Stat. Silv. III, 1, 85: *operire capax.* Prop. V, 1, 76: *nescius movere.* V, 4, 68. Hor. Carm. I, 6, 6. Sat. II, 3, 109. || Tibull. III, 2, 30: *causa perire fuit.* Prop. I, 1, 20: *labor piare.* Lucan. V, 654. Stat. Theb. I, 522. XII, 287. Prop. I, 1, 28: *sit modo libertas quae velit ira loqui.* I, 2, 23: *studium conquirere.* IV, 14, 4: *et data libertas noscere amoris iter.* V, 1, 12: *nulli cura fuit externos quaerere divos.* Lucan. III, 707. Ov. Met. XIII, 479: *cura fuit partes velare tegendas.* Stat. Theb. IV, 559. V, 454. VIII, 694. Verg. A. VI, 133 sqq.: *si tanta cupido, Bis Stygios innare lacus, bis nigra videre Tartara.* Stat. Theb. X, 431: *si tanta cupido condere.* Luc. I, 497: *spes foret excedere muros.* Stat. Theb. III, 311: *quando haec mutare potestas Nulla datur.* 296. VIII, 262. IX, 120. X, 792. XII, 342. || Cum genetivus et ablativus necessitudine quadam inter se contineantur, his liceat addere locos, ubi infinitivi ablativi vices gerere videntur: Verg. A. VI, 399: *absiste moveri.* VIII, 403. XI, 408. XII, 676. Ov. Met. XII, 534. Am. I, 14, 1. Stat. Theb. III, 336. Verg. A. XII, 66: *desiste committere.* || Hor. Carm. IV, 3, 14: *dignatur me ponere.* Verg. Ecl. VI, 1. Ov. Met. X, 158. Am. III, 1, 37. || Lucan. VII, 151: *non abstinuit prodere.* Ov. Met. III, 88: *plagamque sedere arcebat.* XII, 426. Cic. Verr. I, 5: *deterreor commemorare.* || Stat. Theb. VIII, 150: *cunctatur credere.* Liv. XXI, 34: *cunctatur Hannibal demittere agmen.* || Lucr. III, 1048: *nec somnia cernere cessas.* II, 1142. IV, 141, 221. 589. V, 280. VI, 1235. Hor. Carm. III, 27, 58. Ov. Her. IV, 92. Lucan. X, 356. Stat. Theb. X, 573. Achill. I, 366. Verg. Ecl. I, 58: *nec gemere cessabit.* || Sisen. ap. Non. I, 28 (40): *proloqui supersederant.* || Hor. Carm. III, 6, 21: *gaudet doceri.* Verg. A. II, 239. Ov. Art. am. II, 719. Rem. Am. 373. Lucan. I, 103. III, 695. Stat. Silv. II, 2, 64; 93. Ov. Met. II, 151. VIII, 863. IX, 138. XV, 851. Her. XVI, 373. Pont. I, 1, 55. Stat. Theb. V, 444. IX, 742. Silv. III, 3, 153. || Hor. Epod. XI, 23: *gloriantis vincere.* || Ov. Met. X, 633: *vivere dignus eras.* XIV, 30. VIII, 127. Her. VI, 43. XVIII, 102. Stat. Theb. I, 275. III, 713. IX, 50. X, 650; 902. Silv. I, 2, 117. I, 3, 97. III, 5, 108. V, 1, 78. Met. I, 508: *indigna laedi.* II, 42. IV, 320. Am. II, 14, 6.

*) Cf. pag. 52 sqq.

Ar. Am. I, 670; 681. Rem. 38. Trist. III, 4, 34. || Ov. Trist. I, 10, 5: *contenta est vincere cursu.* Hor. XVII, 125. Stat. Silv. III, 3, 160.

Gotica: Luc. 8, 20: gasaihvan þuk gairnjandona, *ἰδεῖν σε θέλοντες.* | Luc. 16, 3: bidjan skama mik, *ἐπαιτεῖν αἰσχύνομαι.* Skeir. IV, d.: þaiei ainana an ananþidedun qiþan attan jah sunu. || Marc. 2, 10: aþþan ei viteiþ, þatei valdufni habaiþ sunus mans ana airþai afletan fravaurhtins, *ἵνα δὲ εἰδῆτε, ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι ἁμαρτίας* = Luc. 5, 24; cf. Luc. 9, 1; 10, 19: atgaf izvis valdufni trudan, *δίδωμι ὑμῖν τὴν ἐξουσίαν τοῦ πατεῖν.* Gal. 5, 3, cf. Luc. 2, 1, quo loco substantivum gagrefts, decretum pariter cum infinitivo coniunctum est atque in illo exemplo sanscrito (pag. 82) substantivum âhvâna, edictum. Luc. 14, 18: jah þarf galeiþan jah saihvan þata, *καὶ ἔχω ἀνάγκην ἐξελθεῖν καὶ ἰδεῖν αὐτόν.*

His ita propositis elucet infinitivum iam ea aetate, qua Indorum Graecorumque carmina epica composita sunt, a primigenia formae vi abhorrere coepisse. Saeculis vero quae inde sequebantur apud singulos populos haec nativa vis paulatim adeo est imminuta, ut infinitivus, cui et articulus et praepositiones adderentur, indeclinabilis instar usurparetur. Sic Graeci certe ex Pindari poetae celeberrimi tempore infinitivo articulum adiunxerunt, cuius usus ne unum quidem exemplum in Homeri carminibus extat, et quam late in graeca lingua usus infinitivi cum articulo et praepositione iuncti pateat philosophorum potissimum scripta testantur. Neque minus frequens hoc dicendi genus est in Germanorum lingua, qui id quod vel maxime oblitteratam infinitivi naturam declarat eo usque progressi sunt, ut infinitivo novas casuum terminationes adderent, quod cum ex antiquioris linguae monumentis tum ex cotidiano nostri sermonis usu intellegitur, cf. Otl.: die muozzen geniozen mînes lebannes. Co.: in guotemo lebenna. O.: thaz mannilîh irkenne in themo minnône. Ne.: bigondo swimmannes, begunda lebennes. Bo.: ich begunnen habe dich ze leitenne. T. 215, 3: gibiut zi bihaltanne thaz grab. Ex Nibelungorum carmine (ed. Lachm.) affero haec: 2091, 4: nu ruoche mich bewîsen, der mir ze lebene geriet. 1190, 3: jâ rietens ir ze minnen den künec von Hiunen lant. 1666, 2: bittet iu diu maere baz ze sagene den hêrren Dietrîchen. 2025, 4: si enwessen wem ze klagenne ir vil grœzlîchiu sêr. Anglosaxonicae linguae sunt haec: Sept.: ongunnon tô ceorigenne. Matth. 2, 22: hë ondrêd hider tô faranne = *ἐφοβήθη ἐκεῖ ἀπελθεῖν.* 13, 17: manega witegan gewilnedon þa þing tô geseônne = *πολλοὶ προφῆται ἐπεθύμησαν ἰδεῖν.* 2, 13: hë sêcđ þæt cild tô forspillenne, Marc. 4, 3: ut ëode se sǣdere tô sâwenne = *ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι.* 2, 26: hlâfas, þe hym nǣron âlŷfede tô ëtanne. Luc. 2, 49: þæt më gebyrađ tô beônne on þam þingum þe mînes fæder synd = *ὅτι ἐν τοῖς τοῦ πατρός μου δεῖ εἶναί με.* Ioh. 19, 10: nâst þu þæt

ic hæbbe mihte þë tô hônne and ic hæbbe mihte þë tô forlǣtenne = οὐκ οἶδας ὅτι ἐξουσίαν ἔχω σταυρῶσαί σε καὶ ἐξουσίαν ἔχω ἀπολῦσαί σε; Marc. 2, 10: he hæfd änweald tô forgyfanne = ἐξουσίαν ἔχει ἀφιέναι ἁμαρτίας. Scilicet Romani, quorum lingua articulo careret, eodem modo quo Graeci et Germani infinitivo uti non potuerunt, sed tamen in huius populi lingua simile quid reperitur. Quemadmodum enim nonnullis scriptorum latinorum locis infinitivi praepositione ornati leguntur, veluti Hor. Sat. II, 5, 69: *invenietque Nil sibi legatum praeter plorare suisque*; Ovid. Her. VII, 164: *quod crimen dicis praeter amasse meum*; XIX, 16. Cic. de fin. II, 13: *Aristo et Pyrrho inter optime valere et gravissime aegrotare nihil prorsus dicebant interesse*; Senec. de benef. V, 10: *multum interest inter dare et accipere,* sic Persius et Petronius, poetae aetatis argenteae quam vocant, infinitivo pronomen possessivum accommodaverunt, cf. Pers. Sat. (ed. Iahn.) I, 9: *nostrum vivere*; I, 27: *scire tuum*; I, 122: *ridere meum*; V, 33: *velle suum cuique est nec voto vivitur uno.* Petron. Sat. c. 52: *meum intellegere nulla pecunia vendo.*

Posterioris quoque temporis ac vere quidem latinus est infinitivus historicus qui dicitur, quo iam a Plauti temporibus non modo scriptores historici, imprimis Sallustius, sed etiam poetae saepe utuntur.*) Is enim ponitur, ubi omissa accuratiore temporis, numeri, personae notatione in universum aliquid fieri vel in statu aliquo esse dicitur.**) Itaque factis vel rebus, quae celeriter se alia aliam excipiunt, non tam enarrandis quam illustrandis inservit modumque agendi explicat. Quare ei errare videntur, qui huius structurae rationem ad solum commotioris animi affectum referant, licet commoto scriptoris animo, qui id tantum agit, ut verbi notio efferatur, hoc dicendi genus aptissimum sit. Nonnulli scriptores, ut Sallustius, Livius, Tacitus, etiam post coniunctiones infinitivum historicum posuerunt,***) at Tacitus eam servavit

---

*) Cf. Holtzii libr. II, pag. 29—30 et Gerlachi comment. ad Sallustium vol. II, pag. 317 sqq., quorum alter exempla Plautina et Terentiana, alter Sallustiana congessit. His addo Cic. Verr. IV, 18: *quia non potuerat eripere argentum ipse Diodoro, erepta sibi vasa optime facta dicebat: minitari absenti Diodoro, vociferari palam, lacrimas interdum vix tenere.* Verg. VI, 491 sqq.: *ut videre virum fulgentiaque arma per umbras, Ingenti trepidare metu; pars vertere terga, Ceu quondam petiere rates; pars tollere vocem.* I, 423. II, 97, 132, 169, 685, 775 = III, 153; VIII, 35. III, 140, 666. IV, 420. V, 685. VI, 199, 557. VII, 15. VIII, 215, 493. IX, 377, 509, 538. X, 267, 287, 299, 458. XI, 883. G. I, 199, 383, 395. Ovid. Met. VI, 639 sqq. Plures fere infinitivi historici sese excipiunt, raro unus tantum ponitur, velut Hor. Sat. I, 5, 12: *iam nox inducere terris Umbras et caelo diffundere signa parabat; Tum pueri nautis, pueris convicia nautae Ingerere;* cf. I, 5, 30.

**) Haec Gerlachius l. l. pag. 316 dicit, qui exemplis permultis allatis et inter se comparatis ponderatisque de hac structura accuratissime disseruit.

***) Cf. ea quae Weissenbornius ad Liv. III, 37, 5 (*cum interim*), II, 27, 1

legem, ut post coniunctiones ubi, ut, postquam nisi verbum finitum, quod ex eadem coniunctione atque infinitivus historicus pendet, in protasi subsequitur hoc dicendi genus non admiserit, cf. h. III, 10: *ubi crudescere seditio et a conviciis ac probris ad tela et manus transibant, inici catenas Flaviano iubet.* a. II, 4. XI, 37. XII, 51. III, 26 (*postquam*). h. III, 31 (*ut*). Cf. Heraei adnot. ad Tac. h. III, 10.

Hac altera quaestionis parte absoluta, qua quemadmodum infinitivi vis saeculis decurrentibus hebetata esset demonstrare studui, facere non possum quin de infinitivo qui imperativi partes agit pauca dicam. Quam loquendi consuetudinem propriam fuisse iam illius stirpis ariacae, a qua maiores nostri oriundi, ut Asia relicta in Europa novas sedes collocarent, olim profecti sunt, id inde coniectura certissima colligi potest, quod Indi, Bactriani, Graeci, Romani, Germani in hoc infinitivi usu mirum quantum consentiunt. Iam si singulas infinitivorum et imperativorum formas inter se comparaverimus, quanto necessitudinis vinculo iungantur, statim apparebit. Ut enim in graeca lingua infinitivus aoristi primi activi qui dicitur imperativo aoristi primi medii respondet, sic in latina infinitivi praesentis activi eandem formam atque imperativi passivi habent. Et in Ṛigvedae quidem hymnis, a quibus etiam haec quaestio proficisci debet, talis infinitivi usus et in dativos suffixo -adhyai formatos, quibus in Gâtharum dialecto, antiquiore Avestae parte, infinitivi in -dyâi desinentes respondent, et in locativos qui in -sani exeunt cadit, in Homeri carminibus, ubi largiorem exemplorum copiam invenimus, infinitivi aut in -σθαι aut in ειν finiti ita usurpantur. Quod si quaerimus, cur in tanta variorum infinitivorum ubertate ei potissimum infinitivi, qui aut dativi aut locativi signa prae se ferunt, imperativi loco ponantur, huius rei causam ex primitiva utriusque casus vi ac natura, quam pag. 33, 58 enucleavimus, repetendam esse censeo.*) Illa enim motus finisque significatio, cui infinitivi originem debent, eadem infinitivos ad imperativi partes suscipiendas aptos reddidit. Itaque, ut exemplo quid sentiam demonstrem, illo Iliadis loco (*O*, 347), quo Hector victoriae spe elatus Troianos adhortans inducitur, si verba quibus utitur ‚νηυσὶν ἐπισσεύεσθαι' patrio sermone sic reddimus: ‚zum Sturm auf die Schiffe!', dativus suo loco ponitur neque ullum verbum, ut sententia intellegatur, mente et cogitatione supplere opus erit. Similiter poeta nostrae aetatis in carmine illo pulcherrimo quod ‚die Fahne der Einundsechziger' inscribitur haec dicit: ‚Vorwärts!

(*cum*), IV, 51, 4 de ea re exposuit. Apud Sallustium *cum tamen* cum inf. hist. coniunctum est b. I. 98, 2; apud Tacitum a. II, 40. VI, 44 coniunctionem *cum* inf. historicus sequitur.

*) Conferas ea quae de hoc vedico usu Delbrueckius in Kuhni annall. XVIII, 2, pag. 103 et XX, 3, pag. 234 acute arguteque exposuit; vide etiam L. Meyeri comment. de infinitivo homerico pag. 24.

die fünfte Compagnie | Zum Sturm auf die Fabrik, und Keiner wanke!' Iam proponamus exempla.

Vedica*): ṚV. VI, 49, 2: diváḥ çíçuṃ sáhasaḥ sûnúm agníṃ yajnásya ketúm arusháṃ yájadhyai, quem locum M. Muellerus l. l. pag. 12 vertit: ‚to worship the child of Dyu, the son of strength, Agni, the light of the sacrifice, the Red one (Arushá). VI, 22, 7: táṃ vo dhiyā̂ návyasyâ çávishṭham pratnám pratnavát paritańsayádhyai, hunc robustissimum commovete hymno novissimo priscum prisco more. V, 45, 4: sûktébhir vo vácobhir devájushṭair índrâ nv àgnī́ ávase huvádhyai, hymnis vestris, precibus deis acceptis, Indram Agnimque auxilio vocate; cf. V, 43, 2. I, 27, 1 = SV. I, 17, II, 984: áçvaṃ ná tvâ vā̆ravantaṃ vandádhyâ agníṃ námobhiḥ | samrā̆jantam adhvarā̆ṇâm, te veluti equum cauda longa praeditum, Agnim celebremus precibus, dominum sacrificiorum, quo loco scholiastes ‚vandádhyai' voce vanditum reddit et ‚pravṛittâḥ' subintellegit, cf. Rosen. adnot. ad ṚV. pag. LXI. VI, 67, 1: vaḥ...gîrbhír mitrā̆váruṇâ vâvṛidhádhyai, vos....laudibus, Mitra et Varuṇa, oblectem (?). || X, 132, 1: îjânám íd dyaúr gûrtā̆vasur îjânám bhū̆mir abhí prabhûsháṇi, sacrificantem caelum iucundis bonis praeditum, sacrificantem terra adiuvet. VI, 15, 6: átithiṃ gṛiṇîsháṇi, (Agnim) mortalium hospitem celebrate; cf. pag. 24.

Bactrica: Rectius fortasse hic commemoro locum quem iam supra pag. 38 attuli ex Avestae y. 50, 20: taṭ vé né hazaoshâoṅhô vîçpâoṅhô daidyâi çavô, hanc vos nobis obsequentes omnes praebete utilitatem. y. 29, 8: hyaṭ hôi hudemem dyâi vakhedhrahyâ, ei sollertiam dicendi tribuam. (Spiegelius hanc formam dyâi esse primam personam imperativi verbi medii existimat, cf. gramm. pag. 387, §. 67.) y. 34, 5: ashâ vohû manaṅhâ thrâyôidyâi drigûm yûshmâkem, puritate, bona mente nutriam pauperem vestrum. y. 27, 1: aêtaṭ dim vîçpanâm mazistem dazdyâi ahûmca ratûmca, nunc hunc omnium maximum faciamus dominumque magistrumque.

Graeca: *I*, 707 sqq.: *αὐτὰρ ἐπεί κε φανῇ καλὴ ῥοδοδάκτυλος Ἠώς, καρπαλίμως πρὸ νεῶν ἐχέμεν λαόν τε καὶ ἵππους, ὀτρύνων· καὶ δ' αὐτὸς ἐνὶ πρώτοισι μάχεσθαι.* *K*, 65: *αὖθι μένειν.* *Y*, 335: *ἀλλ' ἀναχωρῆσαι.* *X*, 259. *Π*, 87—96. In Odyssea, ubi tales infinitivi saepius quam in Iliade reperiuntur, insignis locus est *κ*, 507—536, quo loco Circe Ulixi interroganti, qua ratione ad inferorum sedes pervenire possit, haec mandata dat: *ἧσθαι....νῆα μὲν αὐτοῦ κέλσαι....αὐτὸς δ' εἰς Ἀΐδεω ἰέναι δόμον .....ἔνθα δ' ἔπειθ', ἥρως,.....βόθρον ὀρύξαι.....ἀμφ' αὐτῷ δὲ χοὴν χεῖσθαι....ἐπὶ δ' ἄλφιτα λευκὰ παλύνειν....πολλὰ δὲ γουνοῦσθαι ....ἔνθ' ὄϊν ἀρνειὸν ῥέζειν....αὐτὸς δ' ἀπονόσφι τραπέσθαι....δὴ τότ' ἐποτρῦναι καὶ ἀνῶξαι....αὐτὸς δὲ....ἧσθαι μηδὲ ἐᾶν.* Imperativum

*) Cf. Delbruecki commentationem de dativi usu etc. pag. 28 et Kuhni annall. XVIII, 2, pag. 103.

praecedentem infinitivus interdum excipit, ut *Γ*, 458: *ὑμεῖς δ' Ἀργείην Ἑλένην καὶ κτήμαθ' ἅμ' αὐτῇ ἔκδοτε καὶ τιμὴν ἀποτινέμεν.* *H*, 78 sqq.: *τεύχεα συλήσας φερέτω κοίλας ἐπὶ νῆας, σῶμα δὲ οἴκαδ' ἐμὸν δόμεναι πάλιν.*

Latina. Quamvis rara sint latina exempla, tamen mihi quidem persuasum est infinitivum imperativi munere fungi hisce locis Vergilianis et A. III, 405: *purpureo velare comas adopertus amictu* et II, 707: *ergo age, care pater, cervici imponere nostrae.* Haud scio an aliis quoque locis Vergilianis A. VII, 126 et G. III, 330—335 infinitivi ita explicandi sint. Incertus autem locus est II, 351: *si vobis audentem extrema cupido certa sequi,* quo loco Ladewigius pro ‚*audendem*' legit ‚*audendi*', quam lectionem iam Servius spuriam esse iudicavit, atque infinitivum ‚*sequi*' imperativi loco positum esse existimat. At si ‚*audentem*' legimus, quam lectionem praeferendam esse puto, infinitivum ex vocibus ‚*certa cupido*' pendere necesse est. Non ignoro quidem esse, qui hunc infinitivi usum Romanos novisse negent, in quo numero est Weidnerus, qui in commentario ad Verg. A. II, 707 infinitivos ‚*imponere*' et ‚*velare*' pro imperativis verbi passivi accipiendos esse dicit, quod locus, ex quo hic usus luculenter appareret nondum allatus sit. At cum Ladewigius ad Verg. A. II, 349 eiusmodi locum qui ex omni parte satisfaciat affert ex Valer. Flacc. III, 412: *tu socios adhibere sacris,* tum Vergilius, qui Homerum toto genere imitatus est, hunc peculiarem infinitivi usum ex graeco sermone in latinum transferre potuit nec verendum erat, ne quid poeta hoc dicendi genere adscito introduceret, quod ab indole linguae latinae esset alienissimum. Latinorum enim infinitivi, quos ex dativo originem traxisse pag. 12—13 cognovimus, ob eam ipsam causam non minus quam vedici in -adhyai cadentes huic usui erant idonei.

Gotica. Ex I. Grimmi gramm. IV, pag. 86 depromo haec exempla: Luc. 9, 3: nih þan tveihnos paidos haban, *μήτε ἀνὰ δύο χιτῶνας ἔχειν,* quo loco imperativus antecedit: *μηδὲν αἴρετε εἰς τὴν ὁδόν* = ni vaiht nimaiþ in vig. Alia est ratio eius loci, qui I. Cor. 7, 10, 11 legitur: iþ þaim liugom haftam anabiuda, ni ik, ak frauja, qenai fairra abin ni skaidan; iþ jabai gaskaidnai, visan unliugaida aiþþau du abin seinamma aftra gagavairþjan, jah abin qen ni fraletan. Hoc enim loco Ulfilas graeca verba ‚*μενέτω ἄγαμος*' reddit verbis ‚visan unliugaida', sed infinitivus visan, qui infinitivo antecedenti skaidan et subsequenti fraletan respondet, ex verbo anabiuda pendet. Ex Nibelungorum carmine huc pertinent haec: 424, 3: nu spîlen swes si wellen. 1034, 3: nu rîten vröuden âne heim in unser lant. 1446, 1: nu lâzen daz belîben, wie sie gebâren hie. 1718, 3: bieten ir die êre.

Priusquam igitur finem faciamus scribendi, quanam ratione infinitivi

linguarum sanscritae, bactricae, persicae cum obiectis coniungantur, paucis enarrare liceat. Omitto enim infinitivos graecos, latinos, goticos, quos eundem casum quem verbum finitum postulare constat. Triplici autem modo et in Ṛigveda et in Avesta infinitivus obiecta adsciscere potest, quippe quae aut accusativo aut genetivo aut dativo casu apponantur. Qua de parte grammaticae vedicae cum Ludwigius l. l. pag. 37—42 diligentissime et copiosissime egerit, pauca tantum exempla proposuisse satis habeo. Et in Ṛigveda quidem, id quod Ludwigius pag. 37 sqq. demonstravit, longe maxima infinitivorum pars cum accusativis iungi solet, cf. V, 79, 10: etā́vad vêd ushas tvám bhū́yo vâ dā́tum arhasi, tale, Aurora, tu plusve dare potes. Infinitivis in *tum* finitis posterioris aetatis quarto fere casu apponi obiecta ex eis quae pag. 65—80 attulimus exemplis satis intellegitur. || I, 85, 9: dhattá índro náry ápâṅsi kártave, (hoc telum) possidet Indras, ut in certamine facinora perpetret. || VIII, 60, 15: agníṃ dvésho yótavaí no gṛiṇîmasi, Agnim, hostem ut depellat, celebramus. VII, 86, 3: úpo emi cikitúsho vipṛ́cham, eo sapientes rogatum. || I, 23, 21: sū́ryaṃ dṛiçé, ut solem videam. III, 41, 9: barhír âsáde, ut in stragulo considas. || VIII, 4, 17: vémi tvâ pushann ṛiñjáse, excito, Pushan, ad te desiderandum. III, 30, 10: sugā́n pathó akṛiṇon niráje gâḥ, pervias fecit vias, ut boves expelleret. || V, 30, 9: áthópa praíd yudháye dásyum índraḥ, tunc praeivit, ut hostem impugnaret, Indras. VIII, 33, 13: éndra yâhi pîtáye mádhu çavishṭha somyám, adveni, robustissime Indra, ut dulcem somam bibas, cf. VIII, 86, 8. || I, 61, 3: sûríṃ vâvṛidhádhyai, ut sapientem (Indram) amplificem. I, 61, 5: asmā́ id u sáptim iva çravásyéndrâyârkáṃ juhvā́ sám añje | vîráṃ dânaúkasaṃ vandádhyai, illi utique Indrae equum quasi cibi desiderio hymnum lingua iungo, ut virum donis abundantem extollam. VII, 34, 24: râyáḥ syâma dharúṇaṃ dhiyádhyai, simus ei, qui divitiarum fundamentum obtineamus. VI, 60, 12: âçū́n pipṛitam árvataḥ | índram agníṃ ca vóḷhave, veloces largimini equos ad Indram Agnimque adducendum.

Bactrica id genus exempla etsi rariora sunt vedicis, tamen si consideraverimus in Ṛigveda multo plures quam in Avesta reperiri infinitivos, quibus obiecta addita sunt, horum exemplorum numerus haud ita exiguus videbitur. Cf. vd. 5, 79: khshayêitê hê....cithâo apaṅharstéê, potest ei ...poenas remittere. || y. 9, 82: drâjaṅhê aiwidhâitîçca grûçca māthrahê, ut tueare legesque praeceptaque Manthrae. y. 50, 9: râshayaṅhê dregvañtem, ad vulnerandum malum. y. 43, 20: vâçtrem frâdaṅhê, ad pabulum augendum. y. 29, 8: carekarethrâ çrâvayaṅhê, ‚zur Verkündigung der Hilfsmittel' (Iust. s. v. *carekarethra*). || y. 34, 5: thrâyôidyai drigûm, nutriam pauperem. y. 42, 1: ashem deredyâi, ut puritatem obtineam. y. 50, 20: taṭ vé....daidyâi çavô, hanc vos....praebete utilitatem. y. 29, 8: hyaṭ hôi hudemem dyâi, ei sollertiam tribuam, cf. y.

27, 1. y. 35, 10, 11: fraêshyâmahî | râmâcâ vâçtremca dazdyâi, expetimus amoenitatemque pabulumque dare. y. 43, 14: nî hîm merãzhdyâi, ut eam (sc. drujem) interficiam. y. 42, 13: arethâ vôizhdyâi kâmahyâ, ‚damit ich lehre die richtige Lenkung des Willens (Iust. s. v. *aretha*). || y. 47, 7: yôi â vañhéus manañhô dîdraghzhô duyê, qui bonae mentis confirmationem efficere (debetis). y. 45, 15: ashem khshmaibyâ daduyê, puritatem vobis parare (debetis); cf. y. 52, 6. y. 32, 6. || y. 57, 8: nemañhe vîçamaidê.... gaêthaoçca tanvaçca nipâtayaêca, preces subimus, ut et bona et corpora tueamur.

Persici infinitivi qui in inscriptionibus cun. extant omnes cum accusativis substantivorum iuncti sunt, cf. Bh. III, 59: hamaranam cartanaiy, ut proelium faceret. K. 21: çtânam.... niyashtâya kañtanaiy, locum fodi iussit. K. 24: niyashtâyam imam dhipim nipishtanaiy, iussi hanc inscriptionem inscribi; cf. pag. 61.

Fit quoque in lingua sanscrita posterioris aevi, ut substantiva verbalia pariter atque infinitivi, quorum vices suscipiunt, accusativos adsciscant: MBh. III, 12297: astrâṇi..... darçanâyo 'pacakrame, arma ostendere coepit. Nal. VII, 10: tam.... na tu kaçcana | nivâraṇe 'bhavac chakto dîvyamânam arindamam, eum.... non vero quisquam avertere poterat ludentem, hostium domitorem. (Bopp. l. l. III, 259 sqq.) Idem usus in substantiva verbalia tam graeca quam latina cadit, cf. Plat. apol. 18, *B*: ἔστι τις Σωκράτης τὰ μετέωρα φροντιστής = Xen. symp. 6, 6: τῶν μετεώρων φροντιστής. Aeschyl. Choeph. 23: χοὰς πρόπομπος. Vide Matth. gramm. §. 422. Kruegeri gr. 46, 4, 5 adn. || Plaut. Amph. I, 3, 21: *quid tibi hanc curatio est rem?* Asin. V, 2, 70: *quid tibi huc receptio ad te est meum virum?* Aul. III, 2, 9: *quid tibi nos, mendice homo, tactio est?* Truc. II, 7, 62: *quid tibi hanc aditio est? quid tibi hanc notio est, inquam, amicam meam.*

Deinde infinitivis genetivi substantivorum adduntur, quae structura ut in Ṛigveda minus frequens est, ita in Avesta saepissime reperitur. Vedica: ṚV. I, 115, 5: tán mitrásya váruṇasyâbhicákshe sũryo rûpám̧ kṛiṇute dyór upásthe, tunc, ut Mitras (et) Varuṇas videant, sol candorem praebet medio caelo. || I, 79, 11: asmãkam íd vṛidhé bhava, nostro (proprie: nostrum) incremento sis. I, 89, 5: yáthâ védasâm ásad vṛidhé, ut divitiarum sit incremento. || I, 124, 7: gartârúg iva sanáye dhánânâm, velut homo qui currum ascendit, ut divitias acquirat. || II, 11, 1: syãma te dâváne vásûnâm, simus ei, qui a te bona accipiamus. || I, 16, 3: índram prâtár havâmahe.... | índram̧ sómasya pîtáye, Indram mane vocamus, Indram, ut somam bibat. Cf. Ludw. l. l. pag. 41.

Bactrica: yt. 5, 18: yatha azem hâcayêni zarathustrem anumatéê daênayâo, ut ego convertam Zoroastrem ad obtemperationem legum. ||

60, 5: nizhberetayaêca añrahe mainyéus, ut repellamus Añramainyum. || vd. 20, 13: paitistâtéê yaçkahê (gen.) paitistatéê mahrkahê (gen.) paitistatéê dâzhu (acc.) paitistatéê tafnu (acc.), (medicinam sibi exoptavit) ut resisteret morbo, ut resisteret morti, ut resisteret dolori, ut resisteret febri; cf. vsp. 23, 9 (pag. 48 s. v. *celebrare*). || yt. 1, 44: ushi ahurahê mazdâo yazamaidê darethrâi mâthrahê çpeñtahê, spiritum Ahurae Mazdae praedicamus, ut mente comprehendamus Manthram çpentam. yt. 1, 31. y. 17, 48. y. 17, 17: ahê nmânahê fradathâi, ad hanc domum augendam. || y. 59, 7: paitistatéê âtaranãm frashavakhshyâi rayãmca qarenañhãmca, (huc veniant Fravashis) ut resistant hostibus, ut divitias splendoremque augeant; cf. y. 50, 11. y. 67, 10. vd. 13, 108: gaêthanãm harethrâi, (canem creavi) ad gregum tutelam. y. 67, 9: çûkâi skyaothnahê, ad opera illustranda.

Denique permultis Ṛigvedae locis insigne attractionis genus occurrit, quod Bollensenus (in Benfeyi Oriente et Occidente coniuncto II, 472) animadvertit quodque ad eos solos infinitivos pertinet, qui in dativis habendi sunt.*) Ibi enim obiecta quae his infinitivis accommodantur non in accusativo quem expectamus, sed in dativo posita sunt, velut ṚV. V, 14, 3: táṃ hí çáçvanta ī̃ḷate.... | agníṃ havyā̃ya vóḷhave, eum perpetuo implorant, Agnim, ut sacrificium (ad deos) advehat = I, 45, 6. III, 29, 4. || I, 31, 13: avṛikā̃ya dhā̃yase, securitati parandae. IV, 13, 3: yáṃ sîm ákṛiṇvan támase vipṛíce, quem (solem) aptum fecerunt tenebris dividundis. || X, 116, 1: píbâ vṛitrā̃ya hántave, bibe ad Vṛitram occidendum. V, 31, 4: áhaye hántavā̃ u, [Brachmanae corroboraverunt Indram] ad Ahim interficiendum. X, 9, 1: mahé ráṇâya cákshase, ut magnam laetitiam videamus. || X, 14, 12: tā̃v asmábhyaṃ dṛicáye sū̃ryâya púnar dâtâm ásum adyéhá bhadrám, hi duo nobis, ut solem videamus, rursus dent hodie laetum spiritum vitalem. || X, 88, 1**): havísh pā̃ntam ajáraṃ svarvídi divispṛíçy ā̃hutaṃ júshṭam agnaú | tásya bhármaṇe bhuvanâya devā̃ dhármaṇe káṃ svadháyâ paprathanta, quae verba Rothius (Nir. II, p. 111) vertit: ‚das gepriesene, unvergängliche Opfer, das dem himmelanstrebenden, himmelberührenden gebracht,

*) Cf. Ludwig. l. l. pag. 31.

**) Yâskas p. 123, id quod W. Pertschius, professor Gothanus, per litteras mecum communicavit, hunc locum ita interpretatur: ‚havir yat pânîyam ajaraṃ sûryavidi divispṛiçy abhihutaṃ jushṭam agnau tasya bharaṇâya ca bhâvanâya ca dhâraṇâya cai 'tebhyaḥ sarvebhyaḥ karmabhyo devâ imam agnim annenâ 'paprathanta.' Haud scio an Rothius ipse, qui in lex. Petrop. vocem *bhuvana* ṚV. X, 88, 1 ‚Gedeihen, Werden' significare dicit, nunc de hoc loco aliter sentiat. Mihi haec verba patrio sermone ita vertenda esse videntur: ‚das trinkbare, unvergängliche Opfer, das dem himmelanstrebenden, himmelberührenden dargebrachte, das dem Agni liebe, haben die Götter aus eigner Kraft zu dessen (des Agni) Erhaltung, Gedeihen, Stütze ausgebreitet.'

das Agni lieb ist, haben die Götter in eigner Kraft gebreitet (vergrössert, gesegnet), damit er (Agni) die Wesen nähre, lenke.' De qua structura Delbrueckius in Kuhni annall. vol. XVIII, 2, pag. 104 disputat, qui dativum eis locis, ubi infinitivo praecedit, per se accipiendum esse contendit, sed ubi is subsequitur infinitivum, ut X, 14, 12 et X, 88, 1, ibi attractionem esse statuendam concedit. Quamquam igitur per leges grammaticae vedicae nihil obstare videtur, quin et infinitivus et dativus per se intellegatur, tamen quoniam attractionem certe aliquot in locis inesse negari nequit, huic singulari verborum collocationi non tam multum tribuo, ut magnum quoddam discrimen inter haec duo dicendi genera interesse putem. Immo poetae horum hymnorum, ut hoc attractionis genus admitterent atque eo quo legimus ordine singula verba ponerent, metri ratione saepissime adducti esse mihi videntur. Quod quam verum sit, apparebit, si hos duos locos inter se comparaverimus: I, 46, 7: â no nâvâ matînâm yâtám pârâya gántave, advehimini nave precium nostrarum ad ulteriorem ripam assequendam, et I, 46, 11: ábhûd u pârám étave pánthâ ritásya sâdhuyâ, est ad ulteriorem ripam adipiscendam via recti idonea, quibus locis ‚pârâya gántave' et ‚pârám étave' idem significare existimo. Huc accedit, quod in bactrica lingua similia reperiuntur, cf. vd. IV, 124: ukshnê khrathwê, menti augendae; y. 9, 94 (cf. pag. 40): nâshemnâi ashaonê, ad purum sustentandum; vsp. 5, 4: frâ gavê vereñdyâi, pecori tutando; y. 42, 9: kahmâi vîvîduyê vashî, quid scire vis. Itaque in talibus quidem locis explicandis quales sunt de quibus disputavimus nos non errare existimaverim, si in attractionis nomine acquiescamus. Etiam ex latino sermone, si universum structurae genus respicimus, tales loci conferendi sunt, quales apud Livium leguntur, ut XXVII, 15, 5: *naves, quas Livius tutandis commeatibus habuerat.* XXVI, 16, 8: *urbi frequentandae multitudo incolarum retenta.* XXIV, 40, 15: *tormenta quae oppugnandae urbi comparata erant.* X, 41, 3: *furiale carmen detestandae familiae stirpique compositum,* sed tamen vedicis eiusmodi exemplis hoc genus structurae gerundivae cum gerundiali mutatae ita explicari posse, ut ne minima quidem relinquatur dubitatio, despero.